

℣. Fidelium animæ per m[...]icordiam Dei requiescant in pace. ℟. Am[...] P ater noster, secretò. Quo finito, dicit [...]cerdos, Deus det nobis suam pacem. ℟. [...]men.

Ante cœnam Sacerdos benedicturus mensam, incipit, B enedicite, alij repetunt, Benedicite. Deinde Sacerd[...] incipit ℣. & alij prosequuntur.

E Dent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum, qui requirunt eum: viuent corda eorum in sæculum sæculi. G loria Patri. S icut erat. K yrie eleison. C hriste eleison. K yrie eleison. P ater noster secretò. Et ne nos. O remus. B enedic Domine, vt supra in prandio. Iube domne. Benedictio. Ad cœnam vitæ æternæ perducat nos Rex æternæ gloriæ. ℟. Amen.

In fine cœnæ dicitur ℣. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus: escam dedit timentibus se. G loria Patri. S icut erat. Sacerdos dicat.

B Enedictus Deus in donis suis, & sanctus in omnibus operibus suis: Qui viuit & regnat in sæcul. sæculorum. ℟. Amen.

Deinde alternatim dicitur Psal. L audate Dominum omnes gentes. 81. reliqua vt supra.

Quando semel comeditur, omnia dicantur vt in cœna.

Prædictus modus benedicendi mensam, & agendi gratias, seruatur omni tempore, præterquam diebus infrascriptis, quibus Versiculi & Psalmi tantùm variantur.

In Natiuitate Domini, & per Octauam dicitur ℣. Verbum caro factum est, alleluia, Et habitauit in nobis, alleluia. G loria Patri. In fine dicitur ℣. Notum fecit Dominus, alleluia, Salutare suum, alleluia. [...]a vt suprà. Psalmus. C antate. ij. 68. vel, Laudate Dominum omnes gentes. 81. qui psalmus semper ad beneplacitum dici potest etiam in aliis solemnitatibus.

In Epiphania & per totam Octauam. ℣. Reges Tharsis, & insulæ munera offerent, alleluia, Reges Arabum & Saba dona adducent, alleluia. G loria Patri.

In fine dicitur ℣. Omnes de Saba venient,

G loria Patri. Psalmus. D eus iudicium.

Feria v. in Cœna Domini dicitur absolutè & sine nota ℣. Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem. Deinde Pater noster, totum secretò. Quo dicto sine pronuntiatione aliqua, Sacerdos signo crucis benedicit mẽsam, nec dicitur, Iube domne, nec, Tu autem. In fine repetitur Christus factus est. vt suprà. Postea Psalmus. M iserere mei Deus. 34. Quo finito sine ℣. G loria Patri, secretò dicitur, P ater noster.

Deinde Sacerdos dicit absolutè Orationem, R espice quæsumus. vt in Officio, non pronuntiatur, Qui tecum, nec, Fidelium animæ, sed secretò dicitur, P ater noster, nec additur, D eus det nobis suã pacem.

In Parasceue eodem modo fit sicut in Cœna Domini, sed additur ad ℣. Christus factus est. Mortem autem crucis.

Sabbato sancto ad benedicendum mensam dicitur, B enedicite. ℟. Benedicite. ℣. Vespere autem Sabbati, quæ lucescit prima Sabbati, alleluia, Venit Maria Magdalene, & altera Maria videre sepulchrum alleluia. G loria Patri.

In fine repetitur ℣. Vespere autem. vt suprà, cum G loria. Sicut erat. Psalm. L audate Dominũ omnes gentes. 81. cum G loria. K yrie eleison. C hriste eleison. K yrie eleison. & alia vt suprà in prima Benedictione.

In die Paschæ, & deinceps vsque ad cœnam sequentis Sabbati, ad benedicendum mensam dicitur tantùm ℣. Hæc dies quam fecit Dominus, alleluia, Exultemus & lætemur in ea, alleluia. G loria.

In fine dicitur, Hæc dies quam. cum G loria. Psalm. C onfitemini. 15.

In Ascensione Domini, & per Octauam ℣. Ascendit Deus in iubilatione, alleluia, Et Dñs in voce tubæ, alleluia. G loria Patri.

In fine dicitur ℣. Ascendens Christus in altum, alleluia, Captiuam duxit captiuitatem, allel. G loria. Psalmus. O mnes gentes plaudite manibus. 41. vel, L audate. 81.

In Pentecoste, & per Octauam ℣. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, alleluia, Et hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis, alleluia. G loria Patri.

die iudicij, libera.
ccatores, Te rogamus audi nos.
nobis parcas, te rogamus.
nobis indulgeas, te rogamus.
ad veram pœnitentiam nos perducere digneris, te rogamus.
Ecclesiam tuam sanctam regere & conseruare digneris, te rogamus.
domnum Apostolicum & omnes Ecclesiasticos ordines in sancta religione conseruare digneris, te rog.
inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris, te rogamus.
Regibus & Principibus Christianis pacem & veram concordiam donare digneris, te rogamus.
cũcto populo Christiano pacem & vnitatẽ largiri digneris. te rogamus.
t nosmetipsos in tuo sancto seruitio confortare & conseruare digneris, te rogamus audi nos.
t mentes nostras ad cælestia desideria erigas, te rogamus.
t omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas, te rog.
t animas nostras, fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum ab æterna damnatione eripias, te rogamus audi nos.
t fructus terræ dare & conseruare digneris, te rogamus.
t omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, te rogamus audi nos.
t nos exaudire digneris, te rogamus.
ili Dei, te rogamus.
gnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.
gnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.
gnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.
hriste audi nos. C hriste exaudi nos.
yrie eleison. C hriste eleison. K yrie eison. P ater noster. secretò.
Et ne nos inducas in tentationem.
Sed libera nos à malo.

D Domine ad adiuuandum me festina.
C onfundantur & reuereantur: qui quærunt animam meam.
A uertantur retrorsum, & erubescant: qui volunt mihi mala.
A uertantur statim erubescentes: qui dicunt mihi, Euge, euge.
E xultent & lætentur in te omnes qui quærunt te: & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.
E go verò egenus & pauper sum: Deus adiuua me.
A diutor meus, & liberator meus es tu: Domine ne moreris.
G loria Patri. S icut erat.
℣. Saluos fac seruos tuos.
℟. Deus meus sperantes in te.
℣. Esto nobis Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.
℣. Domine, non secundùm peccata nostra facias nobis. ℟. Neque secundùm iniquitates nostras retribuas nobis.
℣. Oremus pro Pontifice nostro N.
℟. Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius.
℣. Oremus pro benefactoribus nostris.
℟. Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam. Amen.
℣. Oremus pro fidelibus defunctis.
℟. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.
℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.
℣. Pro fratribus nostris absentibus. ℟. Saluos fac seruos tuos, Deus me⁹, sperãtes in te.
℣. Mitte eis Domine auxilium de sancto.
℟. Et de Sion tuere eos.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo. Oratio.

D Eus, cui proprium est misereri semper, & parcere: suscipe deprecationem nostram: vt nos,

& om-

Sancta Dei genitrix, ora.
Sancta Virgo virginum, ora.
Sancte Michael, ora.
Sancte Gabriel, ora.
Sancte Raphael, ora.
Omnes sancti Angeli & Archangeli, Orate pro nobis.
Omnes sancti beatorum spirituum ordines. orate.
Sancte Ioannes Baptista, ora.
Omnes sancti Patriarchæ & Prophetæ. orate.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Iacobe, ora.
Sancte Ioannes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Iacobe, ora.
Sancte Philippe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thadæe, ora.
Sancte Matthia, ora.
Sancte Barnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes sancti Apostoli & Euangelistæ, orate.
Omnes sancti Discipuli Domini, orate pro nobis.
Omnes sancti Innocentes, orate.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Sancti Fabiane & Sebastiane, orate.
Sancti Ioannes & Paule, orate.
Sancti Cosma & Damiane, orate.
Sancti Geruasi & Protasi, orate.
Omnes sancti Martyres, orate.
Sancte Siluester, ora.
Sancte Gregori, ora.
Sancte Ambrosi, ora.
Sancte Augustine, ora.
Sancte Hieronyme, ora.
Sancte Martine, ora.
Sancte Nicolae, ora.

...res, or[a]
Omnes sancti Doctores, ora
Sancte Antoni, o[ra]
Sancte Benedicte, o[ra]
Sancte Bernarde, o[ra]
Sancte Dominice, o[ra]
Sancte Francisce. or[a]
Omnes sancti Sacerdotes & Le[ui]tæ, ora[te]
Omnes sancti Monachi & Ere[mi]tæ, ora[te]
Sancta Maria Magdalena, or[a]
Sancta Agatha, or[a]
Sancta Lucia, or[a]
Sancta Agnes, or[a]
Sancta Cæcilia, or[a]
Sancta Catharina, or[a]
Sancta Anastasia, or[a]
Omnes sanctæ Virgines & Viduæ, orate.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, Inte[r]cedite pro nobis.
Propitius esto, Parce nobis Domin[e].
Propitius esto, Exaudi nos Domin[e].
Ab omni malo, Libera nos Domin[e].
Ab omni peccato, liber[a]
Ab ira tua, liber[a]
A subitania & improuisa morte, libera nos Domine.
Ab insidiis diaboli, libera
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate, libera
A spiritu fornicationis, libera
A fulgure & tempestate, libera
A morte perpetua, libera
Per mysterium sanctæ incarnationi[s] tuæ, libera
Per aduentum tuum, libera.
Per natiuitatem tuam, libera.
Per baptismum, & sanctum ieiuniu[m] tuum. libera
Per crucem & passionem tuam, libera
Per mortem & sepulturam tuam, libera nos Domine.
Per sanctam resurrectionem tuam, libera nos Domine.
Per admirabilem ascensionem tuam, libera nos Domine.

ANTVERPIÆ,

X OFFICINA PLANTINIANA,

Apud Ioannem Moretum.

M. DC. III.



uerpienſis, Cunctis fidem facimus dediſſe licentiam IOANN
MORETO, Typographo Antuerpienſi (cuius in imprimend
ſacrorum præcipuè auctorum voluminibus fidem & diligentiam
hactenus cognouimus, & S. D. N. CLEMENS VIII. par
ter agnouit, ſingulari Priuilegio eidem Moreto pro Breuiariorum, Miſſalium
Diurnalium, atque etiam Sacrorum Bibliorum impreſſione à B.S. conceſſo, ec
demque à Ser^mis noſtris in Belgio PRINCIPIBVS confirmato) cudendi &
recudendi Breuiarium iuxta exemplar Romæ anno 1602. in Typographi
Vaticana impreſſum: ac modò ab ipſo excuſum hac forma quam vocant qua
tam, R. D. GVILIELMVM LVCAM Canonicum Antuerpienſem con
fratrem noſtrum, ex SANCTITATIS SVAE præſcripto, & ſpeciali noſtr
commiſſione cum præfato exemplari contuliſſe, & nihil detractum fuiſſe ve
additum, ſed in omnibus concordare reperiſſe; vno atque altero erroribus typo
graphicis exceptis, quos pro faciliori emendatione, in fine dicti Breuiarij an
notari mandauimus. Datum Antuerpiæ in Vicariatu, die xv. Februari
M. DC. III.

CAROLVS MASIVS Decanus & Vicarius generalis Antuerpienſis.
IOANNES DEL RIO Archidiaconus & Officialis Antuerpienſis.
SILVESTER PARDO Canonicus & Sigillifer Antuerpienſis.
ANTONIVS DE HEYLVVIGEN Scholaſticus & Oeconomus.

De mandato Reuerendorum Dominorum Vicariorum generalium præfatorum

M. Ierſſel.

ERRATA.

Pag. 241. *col.* 2. *lin.* 43. timuit, *lege* tumuit.
Pag. ÿ. *col.* 2. *lin.* 9. eripuit, *lege* eripiet.

...antur hæc in generatione alte: &
...lus qui creabitur, laudabit Do...um.
...prospexit de excelso sancto ...: Do-
...s de cælo in terram aspexit,
...diret gemitus compedit...um: vt sol-
...ilios interemptorum.
...untient in Sion nom...n Domini: &
...eius in Ierusalem.
...ueniendo populos in vnum: & reges
...ant Domino.
...dit ei in via virtutis suæ: paucitatem
...meorum nuntia mihi.
...oces me in dimidio dierũ meorum:
...ationem & generationem anni tui.
...Domine terram fundasti: & opera
...tuarum sunt cæli.
...bunt, tu autem permanes: & omnes
...timentum veterascent.
...opertorium mutabis eos, & muta-
...tu autem idem ipse es, & anni tui
...cient.
...orum tuorum habitabunt: & semen
...sæculum dirigetur.
...atri. Psalmus 129.
...profundis clamaui ad te Domine:
...omine exaudi vocem meam.
...res tuæ intende...tes: in vocem de-
...nis meæ.
...itates obseruaueris Domine: Do-
...is sustinebit.
...pud te propi...atio est: & propter le-
...m sustinui te Domine.
...anima mea i...n verbo eius: sperauit
...ea in Domino.
...lia matutina v...que ad noctem: spe-
...in Domino.
...ud Dominum misericordia: & co-
...ud eum redemptio.
...edimet Israel ex omnibus iniqui-
...eius.
...Patri, & Filio.

...humiliauit in ...
Collocauit me in obscuris sicut mortuos sæculi: & anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.
Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar.
Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.
Velociter exaudi me Domine: defecit spiritus meus.
Non auertas faciem tuam à me: & similis ero descendentibus in lacum.
Auditam fac mihi manè misericordiam tuam: quia in te speraui.
Notam fac mihi viam, in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.
Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum Domine viuificabis me, in æquitate tua.
Educes de tribulatione animã meam: & in misericordia tua disperdes inimicos meos.
Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego seruus tuus sum.
Gloria Patri.
Antiphona. Ne reminiscaris Domine, delicta nostra, vel parentum nostrorum; neque vindictam sumas de peccatis nostris.

LITANIAE.

Kyrie eleison. Christe eleison.
Kyrie eleison. Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de cælis Deus, Miserere nobis.
Fili redemptor mundi Deus, Miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, Miserere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, Miserere nobis.

Sancta



Sermonariũ de comẽdatione virtutũ ⁊ reprobatiõe vicioꝝ: editũ p. R. P. fratrem Michaelẽ de carchano Mediolanensem. ord. minoꝝ de obseruã. pconẽ splicũ







¶ Incipit Sermonarium de cōmēdatio
ne virtutuz & reprobatione vicioꝝ: editū
per. R. P. fratrem Michaelē de carcha
no Mediolanensem: ordinis minoꝝ de
obseruantia: preconem apostolicum.

Nam vir
tutis na
turaz eē
neminez
latet ꝙ
possessio
res suos
tāto cete
ris mor
talibꝰ p
stare fa
cit quan
to ipsam maiori fuerint studio complexa
riz his qui eaz semp obseruauerūt hono
ri sit. Nam si tantas vires habet: vt ocul
tata ne in lucez veniat diu teneri nō possit
longe profecto illustrior eis reddet qui
ipsam neduz obseruant: sed in dies cumu
lant. ac summis laudibus ornare ptendūt.
Sola. n. inter res humanas tam ꝓsperas
quā aduersas: cū infatigabilis reperiatur
non pōt cultores suos auri ritu nisi maxi
mis irradiare splendoribus. Aurum quip
pe siue luce siue tenebris contractet: radi
os semp vndiqz diffundit: astantiū in se p
stringit oculos: eicit curas: ppulsat torpo
rem. animūqz ad ardua ac pclara concitat
facinora. Nam cum facile parari possit si
vir strenuū: si bellatorem accerrimuz se p
buerit: videt oēs ad tanti decoris pulchri
tudinem inflamare. Quas & ipsa vires cū
hēat: ne tantus ab oculis euaneat fructꝰ si
reiecta latuerit vel ob carnis illecebras:
que sepe multos a recto aberrare faciunt
ignota pmanserit: statui de illiꝰ natura: cla
ritate: ordine: gloria: excellētia, vsuqz: hoc
in volumine ptractare: vt & alijs volupta
ti sit: alijs adiumēto: mihi vero ad vtrūqz
capiendum nō parum cōferat: neqz cūcti
illā ardētissimis animis ꝓsequimur. Quis
enim illaz plurimū cōducere dubitat: que
a pecoribus distare: maioresqz nr̄os laudi
bus & gloria facit anteire? ac ex mortalibꝰ
posteris imortales reddit? Nō est ꝓfecto
qui possit illam hēre odio nisi a ratiōe sit
alienus: qm̄ ab homine fugat odium: imo
pditum qn̄qz conciliat amorem. Quod cū
ita sit: dignus nō est honore hoīum q hāc
rem que tm̄ decoris hominibus adijcit: cē
set homines totis viribus prosequi nō de
bere. Nam cū mortales omnes e duobus
corpore vz & aīa cōpositi: inter cuncta ani
mantia pstantiorem sortiti locum oīa sibi
acceperint obnoxia: alteri tanq̄ corrupti
bili terrena: ac fragilia bona cōtribuūt: al
teri vero cum imortale quoddam ac diui
num sit virtutem illi dent in societatez ac
portionē necesse est. Nihil enim in rebus
humanis sit reliqui dignum illo: si virtu
tem e medio sustulerimus. Quod lz tam
egregiuz: tam insigne: tam inclitum sit, tn̄
tō apud compl'es: nullius ē ponderis: qa
vel ipsi nullam adhibent curaz: vel si inter
dum cōspicati fuerint: allecti vitijs studiū
applicare nō possunt. Verū illos nō fugi
at: ꝙ vitium iucunda nimis videtur hēre
principia: sed tādem exitus amarissimos
affert. Virtus aūt primo non satis exerci
tatis paululum ē amara: sz eam ꝯsuetudo
delectabilem facit: tantaqz protinus facili
tas subsequit: vt si hōc ignauoꝝ hominuz
genus perciperet rumperet moras: atqz il
lam totis viribus amplexādam nō vltra
differret. Cōieci igit in hoc opusculo: om
nem eius originem: dignitatez: atqz pstan
tiam: ne qui hāc publice dicēdi prouinciā
nup ingressi sunt vagari: tempusqz cōterere
re opus hēant: ac etiam tātum vtilitatis
ex ipso valeāt cōsequi: ꝙ si ei operaz ded'e
rint ꝓbissimi nō multo tempore euadere
poterūt. Et ne a philosophi pcepti discedā
cuius sentētia est opposita iuxta se posita

magis ellucere. De virtute fere quecūq3 sermonē texā ac sibi opposito vitio: a virtutū igit̄ principe caritate .vȝ. summā initiuȝ: nec aliqd eoȝ que in alijs volūinib⁹ a nobis nuper īme editis repetaȝ: nec quod iudicio meo in illa coincidere valeat: sed noua quedam: ꝛ ꝑclara: nec oībus nota cōseram nō inuolute: ac obscure sed carptiȝ: ꝛ q̄ȝ luculentissime potero.

ℭ Dñica i septuagesima. de qditate ꝛ diffinitiōe caritatis: ꝛ quō differant caritas amor amicitia: ꝛ beniuolētia. s̄mo prim⁹.

Multi sunt vocati: pauci vero electi. Scribunt̄ hec verba. Mat. xx. Et i euāgelio occurrētis dñice. Cupiētes ergo dilectissimi in xp̄o tecū: hoc in p̄nti volumine: de virtutibus ꝑsertim verba facere opepreciū a regina v̄tutum: initium duxi sumendū: caritatem aūt ceteraȝ virtutū matreȝ ꝑfectissimāq3 esse: neminem fugit. ph̄s. n. secūdo phisi. ꝛ secūdo methaphi. dic̄. Finis ꝑfert eē rei. Et primo de celo ꝛ mundo ꝛ tertio phisi. Uanū esse vnūquodq3: dicit quod suū nō attingit finē. Cum ergo vt ideȝ inqt ph̄s primo ethicoȝ. Duplex finis repiat̄: vltimus. s. vel primarius: ꝛ secūdari⁹. i. finis sub fine. Primus ē felicitas. Alter vero virtutū opatio: qbus solummodo ille potior acquirit̄ finis. virtutū aūt in cassum opatio habet̄ absq3 caritate: q2 felicitas ipsa prorsus sine ea cōsequi impossibile ē qḋ verba ꝑposita exprimere vident̄. Multi. s. sunt vocati. s. habere videt̄ bona opa ſȝ pauci sunt electi: q2 admodū pauci sunt q vere caritatē hēant qua sola ex electis efficitur homo: verū q2 vt idem reffert ph̄s. p̄io de aīa. Diffinitō ē p̄ncipiū oīs d̄mōstrationis. Et in topyc. ꝛ. vij. meth. diffinitio ē sermo indicās: qd esse rei p essētialia. In primis ergo caritatis descriptiōem aggrediendā arbitror. Que qdeȝ triplex reperit̄ diffinitio. ℭ Prima quaȝ ponit magister sen. in. 3. di. 27. dicens. Caritas ē dilectio qua diligit̄ de⁹ pp se: ꝛ pxim⁹ pp deū. ℭ Secūda pōit. b. tho. i tertio. xxvij. di. ar. i. sic di. Caritas ē amicitia hoīs ad deū p. quā homo deū diligit: ꝛ de⁹. hoiem ℭ Tertia ē Aug. in li. de spū ꝛ aīa sic dicēs. Caritas ē virt⁹ ▫al' vita: copulās amātē cū amato. ℭ Ad quaȝ declarationē: q2 ph̄s. vi. thopi. vij. metha. ꝛ p̄mo elēco. dic̄. Diffinitio dȝ dari p p̄ora ꝛ notiora: q2 oīs doctrina ꝛ oīs disciplia ex p̄orib⁹ fit. Unū ꝛ eiusdē rei nō pōt esse nisi vna diffinitio. Secūdū vt ex dictis elicit̄. b. bo. nr̄ in. iij. se. di. xxvij. circa lr̄aȝ: q caritas sȝ sui multiplicē ꝯpatiōeȝ. hȝ multipl'r diffi. ℭ Pȝ. n. caritas ꝯpari ad obȝ. ꝛ sic assignat̄. Pria diffinitio p magistrū. habet ꝯpari ad suū actū p̄priū ꝛ sic dat̄ s̄a tho. iā dicta. ℭ Pȝ insup ꝯpari ad suū effectū: ꝛ sic ē illa Aug. ꝑfata: d spū ꝛ aīa. Quas hoc ordie im̄ꝑientiaȝ ꝓsequemur. ℭ Prima diffinitio in prima pte hui⁹ s̄monis ponet̄. ℭ Secūda in altera. ℭ Tertia in vltia eiusdē pte.

ℭ Pars p̄ma hui⁹ s̄mōis i qua declaratur p̄ma diffinitio caritatis in cōi data p ꝯpationem ad suum obm.

Primo igit̄ declarāda ē p̄ria caritatis diffinitio i cōi assignata a magistro p ꝯpatiōem ad suū obȝ. Caritas ē dilectio q̄ diligit̄ de⁹ pp se ꝛ pxim⁹ pp deū. ℭ Ad cui⁹ declarationē tria dubia occurrūt. ℭ Primū quoȝ ē. Que dr̄ia sit inter amorē: dilectionē: ꝛ caritatē: q2 dicit q caritas ē dilectio. Nā s̄m ph̄m. vi. topi. Omnis bōa diffinitio dȝ ꝯstare: ex genere ꝛ dr̄ijs. Ideo oȝ diffinitionē plāissima iterꝑtatiōe vti: q2 ea cognoscēdi reddit̄ diffinitio. Uñ diffinitio nō dȝ obscura eē ibidē. Sȝ caritas ꝛ dilectio sunt idē, ergo magr̄ diffinit idem p seipm. ℭ Ad hoc r̄ndet̄ s̄m. b. bo. vbi supra. Et Ric. e. di. ar. i. q. i. ꝛ 2. ex pte. Quod ꝛ si caritas ꝛ dilectio sunt idē in re: tn̄ aliq dr̄ia rōnis ē. Dilectio. n. in plus ē q̄ȝ caritas. Uñ talis dr̄ia dari so

let a doctorib⁹ inter amorē ⁊ dilectōz: ac ca
ritatē: q: vz amorē natur dilectōz volūtatꝭ
delibatiue. Caritatē vo gr̃e dõũ. ¶ Amor
gñaliter ꝯprehēdit oēz inclinationē in bo
nū: ⁊ quelibz tal' inclinatio amor dici pōt
extēdendo nomē amoris. ¶ Si aūt talis
amor nō ꝓſupponit in eo in quo ē: aliquā
cognitionē. Sic amor ē ꝯmūs cuilibz creatu
re. In q̃libz.n. creatura ē inclinatio ad cō
ſeruationē ſui eē: que ē: qd bonū. que incli
natio nullā in eo in quo ē ꝓſuppōit cogni
tionē: ⁊ ē indita ⁊ innata cuilibz creatur ⁊
hūc amorē vocat Dyoniſi⁹ de di. no. natu
ralē: ex quo qdē amore ꝓcedit actio cuiuſ
libz creature. Actiōes.n. rex corruptibiliū
cognitiōe carētium oēs ſunt ex naturali
amore: quo appetūt naturalr ſui eē ꝯſua
tionē in ſe vl' in alio ſibi ſili. Vñ phs.2. de
anima dicit: Qō oia eſſe appetūt: ⁊ illi⁹ cā
agūt: quecūqz agūt ſz naturā. qd pz p exē
pla. Nā q: naturalr appetūt elemēta ꝯſua
tionē ſui eſſe. iō mouent ſe ad loca in qb⁹
ē celeſtis influētia in illa ꝓportiōe in q̃ ē
ſaluatiua eē eox. Ex naturali ēt appetitu
quo appetit ſaluari in ſuo ſili educūt ele
mēta formā ſuā de materia alteri⁹ elemēti.
Ex naturali ēt appetitu: quo oia exñtia ap
petūt ſuā diffuſiōez ⁊ cōicatiōez: idꝫtū ſunt
bōa: multiplicāt ſimilitudines de medio.
¶ Si aūt illa inclinatio ꝓſuppōit cognitō
nē aīalū: ſic ē amor: quez Dyoni. de di.
no. vocat. in. 4. li. aīalū. q nō ē niſi in crea
turis in qb⁹ ē ſimilis appetitus cuiuſmōi
ſunt homīes ⁊ aīalia bruta. Ex q̃ ēt amore
oēs actiōes brutox ꝓcedūt. ¶ Si inclina
tio in bonū ꝓſuppōit rōnis cognitionē ſic
dyo. eū vocat amorē intellectualē. Vñ ſm
cōmunē ibidē. Rōnabiles hominū aīas: i
tellectuales appellauit: q qd amor ſi dicat
inclinatiōz i bonū q̃ ſi ꝓſuppōit niſi natura
lē bōi cognitionē abſolute: ⁊ ē a volūtate
vt natura: amor natural' ē. Ali⁹ tñ: ab amo
re naturali p̃mō dicto. Et iō ꝓpꝛie amor
ē reſpectu natural' īclinatiōis. ¶ Dilectio
aūt ē volūtatꝭ dliberatiue ꝓpꝛie: q̃ſuis lar
ge dicat amor. dicit.n. Ric. ꝙ illa iclinatio
in bonū: q̃ ꝓſuppōit cognitōez bōi in relatō
ne ad aliud: ⁊ ē a volūtate: vt dliberatiua
reſpectu bōi relati ad aliud. ſ. finē: circōſtā
tias: vl' aliqd aliud amor electiuus ē q dr
electio. ¶ Caritas aūt eſt gr̃e: q: vt aſſerit
Idē Ric. Si p̃dict⁹ amor ſit p aliquē ha
bitū p quē ſit accept⁹ deo: et dign⁹ remūe
rari in vita eterna: amor caritatꝭ ē. Qō ſi
p̃dicta iclinatio in bonū ꝓſuppōit altiorez
cognitōez: q̃z ſit cognitio aīe creata tñ ſic
ē ille amor quē Dyo. vbi ſupra vocat āge
licū. pz ergo q̃ drā ſit iter amorē dilectōez
⁊ caritatē. Claretqz vñ dici caritas ē dile
ctio: q: i plus ſe hz dilectio q̃z caritas: q:
caritas dīc habitū ſolū. Dilectio aūt actū.
Et ita diffinitur caritas p dilectionē: tā q̃z
min⁹ cōe p magis cōe. Et habit⁹ p ſuū ac
tū. ¶ Secūdū dubiū orit in alio vbo diffi
nitiōis q̃ñ dr. qua diligit de⁹ pp ſe. ſ. an ca
ritas ſit amor gratuit⁹: ⁊ nō mercenari⁹. i.
ꝙ de⁹ diligat q: bon⁹ ē: nō q: nob bonus.
¶ Ad h rñdet ſz Pe. Io. in. 3. di. 27. q. 5.
ꝙ re vera caritas ē amor gratuit⁹: ⁊ duc i
bonū diligeñ. pp ſe. Nā bonū rō ē: q̃re qd
diligi dēat ſz phm. i. ethi. 4. ⁊. 6. metha. ſz
de⁹ ē ſummū bonū: ergo dz diligi pp ſe. In
deo.n. inuenit duplex rō bōi. ¶ Vno mō
q: in ſe ē ſummū bonū. ¶ Alio mō q: etiā
diligēti ipm ē ēt ſūmū bonū, imo ē maius
bonū diligēti: q̃z ſit ipe ſibi. Si ergo bonū
vt bonū: ⁊ vt bonū ꝓpꝛiū diligit. cū de⁹ ⁊
ſit ſumme bon⁹ ⁊ diligēti bonū ꝓpꝛiū: etiā
pl⁹ q̃z ipſe ſibi: ⁊ ē itimior creature: q̃z ipa
ſibi ⁊ vtilior. ōis plus diligēd⁹ ē de⁹: q̃z ip
ſe diligēs diligat ſeipz. Nec obſtat ſi dice
ret ꝙ caritas nō deſtruit naturā ſz pficit
ſz p naturā pl⁹ diligim⁹ nos q̃z deū: ergo
⁊c. Quia maior vnio ē affect⁹ rōnal' ad de
uz p caritatem q̃z ad ſe: lz ſit maior vnitas
nature ad ſeipſaz. ¶ Quod ſi dicat ꝙ ex
his adhuc nō habet: ꝙ caritas ſit amor
gratuit⁹. poſito.n. ꝙ q̃s diligeret deū pl⁹

quam seipsum: si diligeret principaliter eū quia bonus sibi adhuc non diligeret eum gratuite. Sic enim diligeretur vnus rusticus: si diligenti esset melior. Et ideo remanet dubium: cum caritas ducat ad deum diligendum: quia bonus: ꝛ quia bonus diligenti in quod ducit principaliter. Et dicendum est: ꝙ in dei dilectioné. quia bonus in se. Cuius ratio in aperto est. Deus enī non ideo est bonus: quia est bonus isti sed ecōuerso quia in se bonus in summo ideo isti est bonus. Sed caritas cum dicat summum gradum amoris: ducit in id ꝙ principaliter est bonum: ergo principaliter ducit in dilectionem dei quia bonus est. Fo quia bonus diligéti. vnde amor quo quis diligit alium: quia bonus in se uocatur. Amor amicicie. Amor autem quo quis amat alium quia bonus sibi est amor concupiscentie: Caritas vero amor est amicicie: vt dicet in sequentibus. ¶ Ex quibus concluditur: ꝙ caritas est amor gratuitus. Que omnia videtur affirmare Rica. in tertio di. 27. ar. 7. q. 2. dicens. Quod si considerentur respectu eiusdem amati amor amicicie ꝛ concupiscentie. principalior actus caritatis est ꝛ nobilior diligere amore amicicie quam amore concupiscentie. Nam respectu nobilissimi amati quod est deus. Amor cōcupiscentie ordinatur sicut ad finem ad amorem amicicie. Qui enim ex caritate vult frui deo: quod est ipsum amare dilectione concupiscentie: hoc ideo vult vt deus honoretur: ꝛ glorificetur in se quod est ipsum amare amore amicicie. Sic enim amans: deo vult principaliter gloriam ꝛ honorem. Simpliciter ergo amor amicicie nobilior est. Sic ergo bene dicitur ꝙ caritas é dilectio qua diligitur deus propter se: quia in se bonus: ꝛ etiam nobis eo fruentibus. Qui enim diligit deum propter se solum perfecte diligit. Qui propter se primo: ꝛ secundario propter suam vtilitatem: etiam bene diligit sed non ita perfecte. Qui vero principaliter propter suaꝫ vtilitatem propriam peruerse diligit: quod clarius patebit in sermone. 4. parte prima. Solo enim deo fruendū est .i. propter se diligendum. vnde Augusti. in lib. 83. quest. q. 6. dicit. Summa peruersitas est vti fruendis. i. amare deum propter aliquod bonuꝫ transitoriuꝫ ꝛ frui utendis. i. diligere creaturas sicut deuꝫ: super que verba dicit doctor illuminatus Fran. de M. in conflatu di. prima. Quod peior é actus vti fruendis: quam frui vtendis cuius ratio talis est: quia deordinatio circa vltimum finem é peior ea que est circa ea que sunt ad vltimum finem sed frui vtendis est deordinatio circa ea q̄ sūt ad finé. vti aūt fruédis é dordinató circa finé. ergo prīa est peior. Ceteruꝫ Au. in pri. li. de ci. dei dicit ꝙ duo amores fecerunt duas ciuitates. vna que incipit ab amore ipsius vsqꝫ ad contemptum dei: ꝛ protenditur vsqꝫ ad peius: ergo contemptus dei est peior amore sui. ergo vti fruendis est peius. ¶ Sed notandū est secundū Ambro. pro declaratione huius. Quod quatuor sunt genera virtutum in anima nostra. Quedam sunt ad actum remittenduꝫ seu temperandum sicut temperantia. Quedam sunt ad actum regulanduꝫ sicut prudentia. Quedam sunt ad intendendum sicut fortitudo. Quedam ad vtrunqꝫ sicut iusticia. cuius vna pars est remuneratiua ꝛ ista est ad intendendum. Alia pars punitiua ꝛ ista est ad remittendum. Quando autem virtus datur ad actum intendendum. tunc defectus vel vitium est maius in deficiendo: quam in superhabédo: sicut timiditas plus vituperatur q̄ꝫ audatia. Econuerso autem est in ea que datur ad remittendum sic temperantia. igitur virtus amicicie datur ad actum intédendū ꝛ ꝛ ideo illorum uitium qui modicum diligūt est maius q̄ꝫ qui minus amant. hec ille doctor illūinatus diligédus est. ergo d

us principaliter propter se: quia scilicet ē bonus in se: iustus: sapiens pius: et clemēs: deinde per consequens: quia est bonus etiam diligenti. Ad hoc hortatur. Augustinus in libro de cathe. rudibus .d. Ama amorem illius qui amore tui descendit in uterum virginis: qui amorem suum amori tuo copulauit se humiliando: te autem sublimando coniungende lumen sue eternitatis limo tue mortalitatis. hec ille. Et sic patet secundū dubium, et secūda particula huius diffinitionis. ¶ Tertium dubium est quod oritur quis dicit. Et proximus propter deum. An vz eodem actu caritatis diligatur deus et proximus. ¶ Ad q̄ respondetur secundum Ric. in tertio di. 27. arti. 7. q. i. et Pe. Aureoli: Et pe. Jo. eadem di. q̄ nullo actu caritatis: vere: et iuste diligitur proximus, quo non diligatur: deus implicite vel explicite. Nullus enim actus ellicitur ab habitu: nisi in virtute sui principalis: et formalis obiecti: q̄z sicut varia mouentia non mouent nisi virtute primi mouentis: ita secūdaria obiecta nō mouēt nisi in virtute obiectorū primorū: et formalium. Primum autem et formale obiectū caritatis est deus sub ratione: qua summū bonum in quo solo plene potest beatificari voluntas. Ideo quicquid voluntas diligit ex caritate diligit in virtute sūmi boni: non tantum mouentis per moduz cause efficientis: sed etiam per modū finis et obiecti. Explicite cum actu de ipso cogitamus. Implicite cum ex caritate diligim⁹ proximum non nisi implicite de deo pēnsando. Cogitādo vz de aliquo honesto bono: propter quod ad diligendum proximum ex caritate mouemur. Cum enim voluntas mouet in id quod est ad finem propter finem: uno actu mouetur in utrunqz ergo quocūqz actu caritatis diligatur proximus: illo eodem diligitur deus: implicite vel explicite. scotus in tertio distin. 28. ait q̄ eodem habitu quo diligitur deus. diligitur et proximus caritatē ordinata. vnde glo. super illud Ro. 13. Qui diligit proximum legem impleuit sic dicit proximus sine deo diligi nō potest. Qui sancte ac spiritualiter diligit proximum: quid in eo diligit nisi deum: Caritas igitur facit deum diligere propter se: et proximum propter deuz ita q̄ propter dicit habitudinez cause finalis: mouentis et inducentis: ita q̄ motus dilectionis in deum: s̄m primaz caritatis inclinationem prior est non solū dignitate sed etiam origine quoniam caritas prius inclinat ad deum q̄z ad proximum. Secundum vero exercitatōnis perfectionem cum exercitatio circa motum dilectionis in proximum vitam actiuam respiciat. Exercitatio vero dilectionis motus in deum respiciat vitam contemplatiuam: et cuz hic status sit illo inferior et imperfectior: prior ē dilectio proximi q̄z dei. Qui enim vult eē perfectus amator dei prius debz se exercere in amore proximi: sicut qui vult esse bonus contemplatiuus prius debet esse bonus actiuus sicut docet Gregori. et in huius rei signum bis datus fuit spiritus sanctus. Et primo in terra Jo. 20. deinde de celo act. 2. quia prius oportet amorem caritatis exerceri in his que videmus: vt per amorem visibilium: in inuisibilium amorem rapiamur. debemus ergo proximum diligere propter deum idest velle ei bonum scilicet vitam eternam et ei optare sicut et nobis. Unde Math. 22. Et lu. x. dicitur diliges proximum sicut teipsum: de quo dicet infra clarius cum de caritate proximi in particulari dicetur. Et sic patet tertium dubium: et prima caritatis diffinitio patet q̄z pars prima huius sermonis.

¶ Pars secūda huius sermonis in qua declaratur alia diffinitio caritatis assignata secundum actum proprium.

Secundo declaranda est secunda caritatis diffinitio data a b. Thoma

 alijs theologis modernis per comparationem ad actum proprium scilicet Quod caritas est amicicia quedam hominis ad deum. ¶ Ad declaratōez cuius sciendū est. ſm Pe. Jo. in .3.di.27.q.3. Et tho.22.q.23. ar.primo. Et in.3.di.27. ar.i. Quod caritas includit tria vltra amorem predictum. ¶ Primo includit amiciciam quod sic declaratur. secundum phi. .8.ethi. Non quilibet amor habet rationē amicicie: sed amor qui est cum beniuolentia vt.s.sic amemus aliquem: vt ei bonum vellimus. Amicicia enim inquit ibidem.ē mutata beniuolentia: cum comparatōne. Si autem rebus amatis non bonum vellimus: sed ipsum bonum eorum vellimus. Sicut dicimur amare vinum aut equum huiusmodi nō est amor amicicie: vt ex dictis in parte precedenti patet. Sz nec beniuolentia sufficit ad rationem amicicie: sed requiritur quedam mutata amatio. ſm.n.phi.vbi supra. Amicus est amico amicus. Et secundo rhetor. Amicus est qui amat: econtra qui amatur. Et secūdo politicorum. Amicis auxiliari delectabilissimum est. Talis igitur mutata beniuolētia fundatur super aliqua cōmunicatione. Cum igitur sit aliqua cōmunicatio hominis ad deum: ſm nobis suam beatitudinem cōmunicat: super hac cōmunicatione oportet aliquam amiciciā fundari: de qua quidem cōmunicatione. dicitur .i. cor .i. fidelis deus: per quē vocati estis in societate filij eius. Amor autem super hac cōmunicatione fundatus: est caritas: vnde manifestū est caritas est quedam amicicia hominis ad deum. ¶ Quod etiaz probatur sic secundum philosophum.9. ethi. Amicicia superabūdantie amoris assimulatur. Sed caritas habet superhabundātissimum amorem: vnde caritas dicitur eo sit inextimabilis pretij: carissimam rem ponat amatum igitur c. ¶ Item amicicia est perfectissimus gradus amoris: qua fit assotiatio ad amatum: secundum philosophum ibidem. Sed hec est caritas: sed illud Jo.pe.primo.c. Societatem habemus ad inuicem. igitur patet propositum. Nam Jo.is.dixit christus. Jam non dicam uos seruos sed amicos meos: videlz ratione caritatis. igitur c. ¶ Quod si forte dicatur: amicicia non est absqz reamatione: vt dicitur.8.ethi. vt tactum est. Sed caritas etiam precipitur ad inimicos. sed illud Mat.5. diligite inimicos vestros. ergo caritas non est amicicia. ¶ Ad hoc respondetur secundum tho.vbi supra in solutiōe secundi arg. Et Pe.Jo.vbi supra in responsione primi argum̄. Quod amicus non tantum diligit amicum: ad quem amiciciam habet. sed etiam omnia que ad ipsum pertinent quāuis ab ipsis non ametur: sicut filium: fratres eius. Similiter caritas diligere facit principaliter deū qui amātes reamat: in amando preuenit. homines autē facit diligere in quantum sunt dei. vnde quando dicitur amicicia est reamantium intelligitur quantuz ad eos inter quos principaliter est amicicia: ex hoc qz sequitur: quamuis caritas non sit nisi amicicia honesti non autem delectabilis vtilis de quibus habetur.8.ethic. Et consequenter non habeatur nisi ad virtuosos sicut ad principales personas: Attamen eorum intuitu diliguntur eorum attinentes si nō virtuosi. Et hoc modo caritas que maxime est amicicia honesti se extēdit ad peccatores quos ex caritate non inquantum peccatores: sed inquantum homines. diligimus propter deum. ¶ Secundo ex predictis patet caritas includit beniuolentiam quia in vera amicicia vt dictum est habetur etiam beniuolentia: sic caritas est amicicia vt probatum est. ergo caritas includit beniuolentiam. ait enim philosophus.9.ethicorum beniuolentia non ē amicicia: sed principium amicicie. vnde ex

diuturnitate. beniuolentia fit amicicia quod etiam aliter probatur. Nam beniuolentia est qua alicui bonum optamus. vnde Ugo de sancto victore dicit. Quod beniuolentia est bona erga aliquem volūtas. Et philosophus.9. ethicorum dicit. Beniuolentia est qua alicui.s.amico bene volumus et optamus sed talis est caritas: quia caritatem habens optat deo gloriā: sibi aliisq3 vitam eternam .ergo includit caritas beniuolentiam:quam quidē comendat Ambro.in lib.de officijs di.beniuolentia quedam cōmunis parens est: qui amiciciam annectit:et copulat in consilijs fidelis:in prosperis leta:in tristibus mesta. et infra. Tolle ex vsu hominum beniuolentiam:tanq3 solem e mondo tulleris ita erit quia sine ea vsus esse nō potest:vt peregrinanti monstrare viam errantem reuocare defferre hospicium.hec ille. Que confirmat Augustinus super primam cano.Jo.di.Amicicia est cum quadam beniuolentia:vt aliquando prestemus aliquid eis quos diligimus q2 si non sit quod prestemus sola beniuolentia sufficit amanti. hec ille. Ex quibus patet propositū. Tertio caritas includit concupiscentiam aliquo modo:quia sicut concupiscentia desideratur presentia ipsius rei concupite:ita etiā caritate desideratur presentia ipsius dei cum non habetur.vnde Augu.in soliloquijs ait. Caritas:est virtus qua deum videre eoq3 perfrui desideramus. super que verba dicit bea.bona.in tertio distin. 27.super litteram. Quod sicut fides cognoscit sibi et alijs virtutibus sic caritas sibi desiderat et alijs. Et quoniam perfectio mercedis consistit in visione et fruitōne dei caritas diffinitur per desiderium vtriusq3:non quia videre sit eius propositum sed quia desiderium habendi deum est propriū caritatis.sic ergo patet q2 caritas includit scām cōcupiscētiā. Et q2uis dicat Hieronym9 in prologo biblie: Nō caritas non querit presentiam amici: sic dicens vera illa necessitudo est: et christi glutino copulata :quam non vtilitas rei familiaris:non presentia tantum corporū: non subdola et palpans adulatio. Sed dei timor: et diuinarum scripturarum studia conciliant.hec ille.verumtamen secundū Pe. Jo. vbi supra in responsione quarti argum̄. hoc non est contrariū dictis Hieronymi.quia ipse intendebat solum remouere amicitiam siue concupiscentiam rei delectabilis carnalis et mundane :non autē rei honeste vt christi et vite eterne. Amicitia enim vera desiderat videre amicū: et mutuis cōgaudere facit colloquijs. Nō tamen ita q2 delectatio ex amici visione: pro fine amicitie ponatur: quia tunc peruersa esset concupiscentia. Sic ergo patet q2 caritas est amicitia vera: et consequenter beniuolentia:et concupiscentia. Satis de hac secunda caritatis diffinitiōe:et parte secunda huius sermonis.

¶ Pars tertia huius sermonis in qua declaratur tertia diffinitio caritatis data per comparationem ad suum effectum.

TErtio loco ponenda est et declarāda tertia caritatis diffinitio assignata ab Augusti.per comparationē ad suum effectum:qui est vnire. Ideo dicit q2 caritas est vita copulans. a.cum.a.

¶ Ad cuius declarationem tria notanda sunt. ¶ Primum notandum est secundum Rica.in tertio di.27.ar.i.q.3. Quod vnitas cuiuslibet creature:pcedit ex amore et probatur tripliciter. ¶ Primo ratione sic.secundū phylosophū secundo de generatione. Contrariorum contrarie sunt cause. Sed odium amori est contrarium: quia malum est obiectum odij: et bonum obiectum amoris. Passiones autem specificantur ex sui habitudine ad obiecta

cum ergo malum sit contrariū bono opor tet q odium contrarietur amori. Et cum odium sit causa cuiuslibet diuisionis , igi tur a contrario sensu. amor est causa cuius libet vnitatis . ¶ Secundo idem proba tur auctoritate . cōmentarijs super Dio. in quarto de di.no. sic di . Amor est cōne xio et vinculum: quo omnium rerum vni uersitas ineffabili amicitia insolubiliqz vnitate copulatur.igitur patet.ppositū. ¶ Tertio idem probatur experientia et exemplificatione . Nam causa prima que deus est :ex amore produxit creaturam: et eius priora principalia scilicet materiā et formam:ex amore autez naturali inter materiam et formam est vnitas. composi ti ex materia et forma.quia materia appe tit formam scdm phylosophuz pūo phy. hoc tamen fit in virtute illius amoris : quo deus creaturam produxit . Nisi enim esset naturalis inclinatio inter ma teriam et formam non constitueretur per essentiam vnum ex ipsis.ex amore etiam elorum ad celestem influentiam in illa p portione in qua est saluatiua nature eorū: quia talem influentiaz non potest recipe re inferius elemētuz nisi superiori mediā te.Idcirco est connexio ignis cum orbe lune et omnīū elemētorū inter se:ex quoruz connexione cōsistit vnitas machine mū dialis ordinata.ex amore que est vnitas societatis aīaliū brutorum et hominum. vnde cōmentator super dio,quarto de di. no.dicit.Ex hac amatoria virtute:etiā vo lucres gregatim euolant:vt cigni:grues et huiusmodi. Et vt generaliter dicaz nun quam plura simul conueniūt nisi per ali quem amorem.Et ideo ipse Dyo.4.de di. no. bene vocat omnem amorem: vnitiuā et continuatiuam virtutem . si ergo amor omnia vnit quanto magis caritas que in se plus habet qz amor debet vnire ama tum cum amato : vt dicit presens diffini tio.¶ Secundo notanduz est q amor nō solum omnia sua vnit: sed eius passio est essentialiter transformatio appetitus sen sitiui in aliquam similitudinem quod sic declaratur secundū Ric.vbi supra ar.2.q. 3.Amor enim est:inclinatio appetitus in rez amatam.sed inclinatio vnius rei in rē aliam : est transformatio in similitudinez illius Quod patet in inclinatione :que ē per motum localem: cum enim homo in clinatur versus terram transformatur in aliquā similitudinē terre: que est inferio ritas . Similiter pz in inclinatione que ē per alterationez.aquaz enim inclinari per alterationē ad ignem est ipsam transfor mari in caliditatem que est aliqua simili tudo ignis .ergo similiter inclinatio que est amor est transformatio appetitus sen sitiui in aliquam similitudinez amati :pas sio enim amoris est transformatio poten tie appetitiue i qz imediate ē amoris pas sio in similitudinem agentis istaz passio nemquā qd facit bonuz cognituz simile appetitui eo modo quo obiectū est causa passionis.visio enim secundū Augū.11.de trini.c.2.est forma que a visibili imprimi tur sensui .ergo a simili . Amor sensibilis est ipsa informatio appetitus sensitiui a re que amatur.ergo passio amoris est trans formatio appetitus sensitiui in similitudi nem amati. ¶ Tertio ergo notanduz est secundum Bo.in.3.di.27. circa litteram. Quod et si copulare conueniat omni quo daz modo tamen hoc totuz quod est vita copulans est proprium ipsius caritatis: quia nullus est amor qui proprie habeat animaz viuificare nisi gratuitus qui copu lat ipsam animam viuificatiuam cuz deo: et cum proximo propter deum. Idcirco be ne dicitur.Quod caritas est vita.cor.a.cū amato. Quod satis claruit in incarnatio ne filij dei:cum in illa amans.i. diuinitas: coniūcta est cum amato.i. cum humanita te de qua loquens Ugo de sancto victore sic inquit.Nescio si in laude tua quid ma

suo dicere possim: q̄z vt deuz de celo tra hereo: z hominez de terra ad celos eleua reo: magna virtus tua: vt per te ad hoc humiliaretur deus: vsq3 ad hoc exaltare tur homo. hec ille proinde can. 3. Inueni quem diligit anima mea. s. Jesum qui est vera caritas. i. Jo. 4. De9 caritas est: nec dimittam eam scilicet caritatem quia cuz ipsa scilicet christum possidebo. Et meri to quia deum homini: z hominem deo ca ritas vnit: non solum illa ineffabili vnita te qua nostra natura vnit illi eterno ver bo in vnitate persone. Sed etiam illa de qua apostolus. i. cor. 6. Caritas est virtus que cum nostra rectissima affectio est cō iungit nos. Quod confirmat Augu. in li bro de moribus ecclesie: eadem verba re citans. B. dicit. Caritas est vinculū: quo solo deus ligatur: cuius tanta est dilectō q si scintilla in inferuum penetraret tota eius amaritudo verteretur in dulcedinē: z tristitiā in gaudium: obscuritas in clari tatem. hec ille. Amplexanda ergo est ca ritas: vt ad illā gaudia perpetua: que so la caritatis virtute acquiri possunt perue nire valeamus prestante ipso deo qui ca ritas viuit z regnat in secula seculorū tri nus z vnus. amē.

¶ Feria secūda post dominicā in septua gesima de necessitate z obligatione car i tatis in cōmuni. Ratione auctoritate z exemplo. Sermo. 2.

M

Ulti sunt vocati: pau ci vero electi. Scribū tur hec verba. Mt. 22. Et in euangelio prece dentis dominice. Ho minem ab imortali z omnipotenti deo ratō nalē creaturaz creatū dilectissimi fratres in christo longe profecto ceteris animan tibus prestantiorem esse constat. Ratio eniz sola est que a bestijs hominez differ re facit: qua perdita voluptate s post eun do: homo equidem bestia esse comprobat quod phs primo ethi. approbat di. vitam pecudum mutri eligentes omnino bestia les esse videntur. Qui quidem phylo. 7. ethi. z primo politicoz etiaz dicit. Quod malus homo ē peior omni bestia. Quod si intellectualem vitam quis ducere velit quia homo est maxime intellect9 z ratio. 9. ethi. q̄z maxime z absq3 comparatione bestiali prestabit. Ad ei9 tamen perfectio nem omnimodam non sufficit. Naz phy. pleriq3 vsi fuerunt maxime scientia natu rali z ratione. z eorum nōnulli adeo mora libus inheserunt virtutibus vt etiam ce terorum obliuiscerentur: quorum tamen quia caritate nudi fuere nulla habetur memoria. Qua ex re. imprimis nobis pre eligenda est vita non naturalis soluz sed diuina formata caritate. Nam z idē phy. dicit. 10. ethi. Quod melior est vita conté platiua q̄z vita que est s̄m hominem. qa contemplatiua non s̄m q homo est sic vi uit: sed s̄m q diuinū aliquid in eo existit quod est caritas sine qua nec etiam ipsa contemplatio prodest quicquaz. Ideo plu rimi decepti putant sibi sufficere. si vitaz degant politicā caritate vacui ꝯtra quos optime conueniunt verba domini recitata s. Multi sunt vocati pauci vero electi ꝑ pter defectum caritatis: de qua caritate post eius diffinitionem superiore in s̄mo ne pertractatam. eius necessitatem z obli gationem impresentiaz digne aggredia mur. Quomodo autez cuilibet magnope necessaria sit caritas triplici via demōstra bimus. s. ¶ Primo via ratōnis. ¶ Scdo via auctitatis. ¶ Et tertio via exēplaritatis. ¶ Pars prima hui9 s̄monis in qua ꝓbat septē rationibus caritatē esse homini ad salutem necessariam.

PRimo igitur dico. necessariam eē caritatem multiplici ratione. scili cet. Ratione consequutionis. Ratione gra

tificationis. Ratione intentionis. Ratio
ne perfectionis. Ratione oppositõis. Ra
tione contrariationis. Ratione delectatio
nis. ¶ Primo caritatem dico necessariā
esse: ad salutem promerendam. Ratione
consequtionis .s. premij superni: quod non
nisi per caritatem acquiritur pro cuiꝰ ra
tionis fundamento est euangelij textus
Ma.7. ⁊ Mar.3. Omnis arbor .s. volūtas
que non facit fructū bonum excidetur: ⁊
in ignem mittetur ⁊ ardeat. Nam.33.q.4.
c. displicet dicitur. Nam quis nesciat ne
minem damnari nisi ex merito male volū
tatis: ⁊ neminē saluari nisi ex merito bo
ne voluntatis? Tunc sic bona voluntas
non reperitur nisi in ordinatione ad bo
num finem ꝺm sententiā omnium docto
rum in ꝺo di.38. Finis enim ⁊ bonum cō
uertuntur ꝺo phy. ⁊ ꝺo de anima. Sed se
cūdū magistrū in distin. proxime allega
ta. Finis omnis bone voluntatis est cari
tas. Quod ratione ꝓbatur per. bea. Bo.
in.2.di.38.arti.1.q.2. ¶ Primo sic. omnis
bona voluntas ad hoc ordinatur vt ho
mo fruatur deo: ⁊ ad hoc vt habeat deū.
Sed nos non fruimur deo nec habemus
ipsum nisi per caritatē: igitur habere ca
ritatem non est aliud: q̄z habere deum: si
ergo omnis bona voluntas est ordinata:
ad hoc: vt habeat deum. videtur ꝙ finis
omnis bone voluntatis sit ipsa caritas.
¶ Secundo idem ꝓbatur sic natura ope
rando naturaliter intendit formam perfi
cientem in esse nature. ergo voluntas in
operando: principaliter intendit formam
perficientē in esse moris: sed talis est ca
ritas vt patebit infra. ergo caritas est fi
nis principalis omnis bone voluntatis.
¶ Tertio idem declaratur sic: licet enim
deus vel beatitudo siue christus possit di
ci finis bone volūtatis: doctores tamen
malunt dicerē ꝙ caritas est finis: pro eo
ꝙ completa ratio fruendi competit ipsi
caritati. Tripliciter enim dicitur finis vz.
finis in quo quiescitur. ⁊ finis quo quiesci
tur. vel simpliciter vel vt nunc. Et quoli
bet istorum modorū: Caritas est finis bo
ne volūtatis. Caritas enim increata que
deus est: finis est in quo quiescitur. Crea
ta ⁊ consumata caritas scilicet patrie: est
finis quo simpliciter quiescitur in deo. ca
ritas autē inchoata siue vie est finis quo
quiescit vt nunc in deo: qui est locus eiꝰ:
⁊ finis vltimꝰ: non habet quietari nisi me
diāte dilectione. ¶ Cum ergo bona volū
tas sit causa consequendi premium eter
num: vt premissum est: ⁊ voluntas non sit
bona nisi per respectum ad bonum finē.
Finis eius est caritas: vt probatum est.
Igitur caritas est necessaria ratione con
sequtõnis: huius premij. ¶ Confirmatur
predicta ratio sic. Nullus actus existens
in potestate voluntatis hominis priuatꝰ
debito fine: ⁊ rectitudine ꝺm ordinem ra
tionis: ⁊ legis eterne est meritorius. Ta
lis est actus hominis non habentis cari
tatem. ergo talis actus non est meritori
us. ideo si vis mereri: ⁊ consequi vitam
eternam oportet habere caritatē. ¶ Pre
terea scđm phylosophum ꝺo phy. de pe. ⁊
re. Cū infirmitas remota causa remoue
tur effectus. Sed si causa principalis me
reri vitam eternam est caritas: secundū
sententiam omnium theo. vt melius vide
bitur in sermone sequenti. ergo si necessa
rium dicitur illud quod non contingit ali
ter se habere scđm phylosophū.5. Me.
Si volumus consequi vitam eternam: ne
cessaria ē caritas ⁊ sic patet prima ratio.
¶ Secundo idem probatur ratione gra
tificationis. Sententia omnium theo. est:
ꝙ sine gratia gratum faciente: nemo po
test mereri de condigno premium eter
num: Nam diuina mandata ꝺm intentio
nem mādātis sine tali gratia impleri nō
possunt: vt patet in tractatu de gratia in
sermonario de prima igitur ⁊c. ¶ Pre
terea sine bono principio finis bonus.

inest pulchris sequiturqꝫ superbia formā
Et claudius in maiori sic inquit. Inquinat
egregios adiuncta superbia mores. Et
primas dicit: si tibi gratia si sapientia for
maqꝫ detur. Destruit omnia sola si comit
tetur. s. superbia. ⁊ Seneca in tragedijs
Tragedia secūda dicit. Vos quibꝰ rector
maris atqꝫ terre
Jus dedit magnum necis atqꝫ vite.
Ponite inflatos tumidosqꝫ vultus.
Quicquid a vobis minor extimescit.
Maior hoc vobis dominus minatur.
Omne sub regno grauiore regnum est.
Quem dies vidit veniens superbum
Hūc dies vidit fugiens iacentem
Nemo confidat nimium secundis.
Nemo desperet meliora lapsis.
Miscet hoc illis prohibetqꝫ cloto
Stare fortunam rotat omne fatum.
Nemo tam diues habuit fauentes
Crastinum vt possit polliceri sibi. Res
deus nostras celeri citatas, turbine versat
h ille. Et sic patet poetarū auctoritate su
perbiam esse reprobatam. ¶ Tertio idē
probatur legum ciuiliū auctoritate. scribi
tur enim sic. C. de priuatis carceribus. l. i.
Jubemus viris clarissimis omnium pro
uinciarum rectoribus daturis operā sem
perqꝫ futuris in speculis: vt sepe dicta ne
fandissimoꝝ hominum arogantia modis
omnibus opprimatur. hec ibi. In qua qui
dem lege hortantur superiores non solū
non esse superbos sed potius bone vite ⁊
boni exempli existentes etiā in alijs aro
gantia coerceatur. Exēpla enim mala sunt
occasio scandali ⁊ periculi ideo quilibet ca
ueat ne venenum mortiferum mali exem
pli prebeat cuiquā: quia vt habetur. ff. Si
seruitꝰ vēdicet. l. sic hītātes. i supiori domo,
non immittant aliquid vile in inferiori,
nec illi de inferiori faciant fumum ascen
dere vsqꝫ ad superiorem. Consilr lex dei
non vult ꝙ maiores imittant venenū ma
li exēpli inferioribꝰ: quia vt dicitur. xi. q.
3. c. precipue. Tot mortibꝰ digni sunt quot
ad subditos perditionis exēpla trāsmittūt.
¶ Unde si ponat casus ꝙ in vna ciuitate
sit talis lex. s. ꝙ occidens vnū habeat vnā
penam, ⁊ duos duplicē ⁊c. Quidā dat po
tum venenosum vni in vna patria: de quo
etiā prebet superuenienti: ⁊ vterqꝫ morit ta
li haustu. Queritur an veneficꝰ ille debeat
vnā vel duas pati penas. rn̄detur ꝙ duas qꝛ
vterqꝫ veneno vitā finiuit. Et cū quis ē in

culpa: totū qđ ex culpa prouenit sibi imputatur: extra de homicidio c. ƀ cetero: quia nihil differt vtrū maluȝ facias an causas mali prestes. ff. ad. l. aquiliā. l. qui occidit ff. ad. l. corneliā de siccarijs. l. Nihil itereſt Sic de illo. qui veneno ſupbie ſue: ⁊ male ſuggeſtiōis vnū inficit ⁊ ille aliū omnium prim⁹ reus est. In lege ēt ciuili hētur ꝙ alter ex ſupbia nō debet indignari ſi ali⁹ q sibi vr̄ minor in aliquo euȝ antecedat. nā C. de veteri iure enu. l. 2. dr̄. pōt vn⁹ etiaȝ forſitan deterioris sniā multos ⁊ maiores i aliqua pte superare. ⁊ iō. C. de officio rectoris dr̄ in. l. potiōis. vbi publica tractat̄ vtilitas: minor iudex veritatē inueſtigauerit: nulla maiori iniuria irrogatur. ſi ibi Et ſic pȝ ellegātibus auctoritatib⁹ ſupbiā eſſe reprobatā. Satiſqȝ ꝑ parte hac ſecūda faciat huius ſermonis.

¶ Pars tertia huius ſermonis in qua ꝓbatur multiplici exemplaritate ſupbiam ſumme eſſe reprobandā.

Tertio ꝓbatur ſupbiā digne eſſe reprobandā ⁊ fugiendā ac ſūme deteſtandā. Exēplificatiōe apta. ⁊ vt debito ordie ꝓcedam⁹. Sicut ſeptē rōnibus: ac totidē auctoritatib⁹ ꝓbatū ē. hoc idē ꝓbatur ſeptēplici exēplificatiōe. ¶ Quoꝝ primū ⁊ principale exēplū eſt luciferi. ⁊ ceteroꝝ angeloꝝ q ſuperbia ellati: vt pȝ Iſa. 14. ⁊ Apoc. 12. lȝ tam nobiles ⁊ decori eſſent ad ima ſtatiȝ ruerūt ⁊ in hoc q̄ȝ graue ſit peccatū ſupbie clare deꝓhendit̄ de quoꝝ punitiōe latius i ſmone ſequēti. dicetur. ¶ Secundū ponit̄. Lu. 18. ƀ phariſeo illo q ſe extollēdo dicebat. Nō ſum ſicut ceteri hominū ⁊c̄. quoꝝ cui publicanus ꝑfert̄: q: ſe humiliauit de quo dr̄. Deſcendit hic iuſtificatus in domū ſuā. ⁊c̄. ¶ Tertiū exemplū ponit valeri⁹ libro. 9. c. 5. De marco druſio tribuno plebis rōane qui dū concionaret̄ in ſenatū ſup quodā arduo negocio. ⁊ nobil' q dā roman⁹ noie luci⁹ philipp⁹ q erat conſul ipſuȝ interrupiſſet: ꝙ nō recte loqueret̄ druſi⁹ cepit eum ꝑ collū. ⁊ miſit eū per cliētem ſuū in carcerē: ⁊ nō ꝑ publicū miniſtrū ⁊ tanta violētia eum cepit vt ſanguis de eius naribus mult⁹ efflueret. Cūqȝ ſenat⁹ miſiſſet ad druſiuȝ vt ad curiā veniret renuit. dī. Cur nō potius ſenat⁹ ad ipm i curia hoſtilia veniret vbi iura plebi dabat vnde q: tribun⁹ ſenatū deſpexit ſibi male euenit vt ibidē ait valerius ergo ſupbia ſūme eſt deteſtāda ⁊ reprobāda. ¶ Quartū exemplū ponit idē valerius ibidem de Marco antonio q cum eſſet incōuiuio cū alijs pluribus nobilib⁹ romanis ⁊ allatuȝ eſſet caput ceſari ruffi ſenatoris: alijs faciem auertentib⁹ dixit adducite hoc caput ꝓpius. ⁊ ait hunc nō noui. O ſupbia de ſenatore. O impudēs de occiſſo ꝓfeſſio ⁊c̄. que ibi habētur. ¶ Quintū exēplum eſt Xerſis regis q conſtituens bellū inire contra grecos cōuocatis baromb⁹ ſuis ſuperbe dixit. vos parate obedire ⁊ nō conſulere. qui bellans maximo furore contra grecos deuictus ⁊ confuſſus fuit. ¶ Sextum eſt Hanibalis exemplum qui dum ſtaret ellatus in caſtris ex habita victoria de romanis apud cannas neminiqȝ daret reſpōſum niſi per internuncium famulum ſuuȝ imo ⁊ aſdrubalem contempſit ⁊ ideo tandem deuictus eſt ⁊ fugatus per ſcipioneȝ ⁊c̄. ¶ Septimum ⁊ vltimum exemplum ellicitur a legibus ciuilibus. Sicut. n. iuſtus iudex ſuſpendio latrones. ⁊ alios malefactores necat ſicqȝ eorum breuiat vitaȝ ⁊ benefacit quia intereſt rei. p. ne maleficia maneant impunita. ff. de iudicijs. l. Si longius ⁊. ff. depoſiti. l. bona fides. Et ꝙ ſupereſt datum eſt ad rei pu. vtilitatem que eſt vtilitati priuate preferenda. ff. pro ſocio. l. actione. ſic deus iuſtiſſimus iudex tyrānorum ſuperborū vitam emedio tollit ⁊ vitam ſuſpendio ⁊ ergaſtulo inferni breuiat vt pȝ de Pharaone. exo. 14. vñ hētur

Ecclesiastici.16. Propter superbiá verbi il loꝝ non é misertus illis gentē totá pdens extollentē se.h ibi. Liquido qlibet perspicere valet q̃ꝫ detestanda ꝛ reprobanda sit h truculenta supbia: Qua ex re igitur fratres ꝛ hortor ꝛ obsecro: superbiá fugite ꝛ potius que humilitatis sunt sectamini: qꝛ humilib⁹ dat grám ꝛ sui amorē domin⁹ vt vera cū caritate diligere ꝛ postremo eternaliter perfrui valeamus: ipso idē prestante q viuit ꝛ regnat p eterna secula. Amē.

¶ Feria secunda post dñicam in quinquagesima de punitiōe supbie luciferi ꝛ alioꝝ angeloꝝ. sermo sextus.

Omnis plebs vt vidit dedit laudē deo. Iterū vbi supra. Quátuꝫ graue fuerit cuiuspiá delictum ipsa supplicij immanitas ꝛ acerbitas ostēdit quá equidē sententiá hēmus.so.di. vbi sic dicit. quē maior seqtur culpa: maiori plectet vindicta. quo circa q̃ꝫ imane ꝛ scelestissimū sit superbie detestādū facin⁹ non modo ex in superiori ꝛ hesterno s̄mōe dictis perspici pōt verꝫ quoqꝫ ex graui ꝛ dura animaduersiōe huius ꝛ punitiōe pfacile valemus itelligere. Ait.n. btá virgo maria in cantico suo Lu.4. Dispersit supbos mēte.c.s.de.po.de se ꝛ e.h. Grauissime lucifer cū ceteris eū secum in ellatiōe sua sequētibus angelis punitur. pmi nr̄i parentes ex supbie coꝝ ꝛ diuini mádati trásgressionis vitio: quas dederint penas cōspicim⁹. Timēdū ergo ꝛ nobis ē quia C.ad.le.iul.repetundaꝝ.l.i. Unius pena metus dꝫ esse multoꝝ. ꝛ quē admodū plebs illa: vt dicūt verba pposita s. Omnis vt vidit.s. miraculum xp̄i dedit laudem deo. ita ꝛ nos vidētes punitiones que fiūt ꝛ facte sunt superbis humiles laudē demus deo superbiá illi cōtrariá pror sus a nobis fugando. de punitione igit superbie ipsoꝝ angeloꝝ tm̄ breuitatis causa verba facere cupiētes. tres cōsideratiōēs de eoꝝ pecō faciem⁹. ¶ Pria quaꝝ dicit tēporalitas. ¶ Secunda qualitas. ¶ Tertia penalitas.

¶ Pars prima huius s̄monis in qua declaratur quádo mali angeli peccauerunt: quia statim post creationē.

Primo igitur circa tēporalitatem peccati angeloꝝ vidēdū est.s. qñ ipse angelus peccauit: Utrū.s. post instans statim creatiōis ꝛ vr̄ q sic per illud Joh. 4. Dyabol⁹ ab initio peccauit. ꝛ Jo.8. Ab initio in veritate nō stetit. ꝛ Jsido. libro.i. de summo bono. Mox vt fact⁹ ē in superbiá erupit. Jtē Augu. xi. super gen. ad literá factus ptinus se a luce veritatis auertit superbie tumidus ꝛ ppria delectatiōe corrupt⁹. Jtē Augu. ibidē dicit. Non frustra inqt putari pōt in initio tēporis dyabolum superbia cecidisse nec fuisse vllum antea tempus, quo cum angelis sanctis placatus vixerit ꝛ btūs. Ex his omnibus argui posset q simul ipse dya. fuit ꝛ peccauit ꝛ q nunq̃ꝫ fuerit nisi malus. Et hanc positionē tenuerunt quidá moderni quaꝫ ēt rationibus roborare conati sunt. sic. ala ab instanti sue creationis contrahit peccatum originale: ergo a simili angelus ab instanti sue creationis hēre potuit peccatū actuale. ¶ Preterea facilius ē deficere q̃ꝫ pficere. ergo cū secundū Augu. li. secundo sup gen. angeli boni: ab instanti sue creationis fuerūt boni multo forti⁹ alij instanti sue creationis potuerunt se auertere. ¶ Preterea aliqua creatura corporalis ē que simul ꝛ in eodē instanti ē ꝛ operatur sicut lux statim cū est lucet. ꝛ Augu. dicit q lux ꝛ splendor sunt coeua ꝛ si lux esset eterna splendor esset eternus. ergo si spūalis natura sit magis vel eque actualis ꝛ corporalis: ergo potest esse q in pmō instanti cuꝫ ē ita sit in suo actu sed eius act⁹ est velle ergo statim cum ē pōt velle ita

ꝙ esse nõ precedat velle tẽpore siue dura tione:sed solum natura: sed qua rõne põt velle bonum cadẽ ratione malũ:ergo cũ volens maluꝫ sit malus in primo instanti potuit esse malus. ¶ Ad hoc rñdet bo.in ẜo di.3.parte ẜa ar.1.q.ẜa ⁊ Ric.in.e.di.q. vltima:ꝙ predicta opinio nõ tenetur :quo niam sicut expresse dicit Aug.in.xi.de ci. dei.predicta opinio accedit ad illam ꝗue est heretica:⁊ ita heresim sapit.Et ideo cõ munis opinio parisieñ.est. ⁊ Alexandri d ales in ẜa parte:ꝙ duratiõe cõditio ange li precessit lapsum : ⁊ de cõi consilio magi strorũ positõ opposita excõicata ẽ ab epo parisiensi.Ideo magis verã ⁊ catholicam ⁊ magis ꝓbabilem ⁊ cõem opinionem di co. illam esse tenendam:ꝙ morula fuit in ter creationem ⁊ lapsum licet paruula . ¶ Quod aũt angelus ab instanti sue crea tionis non potuit peccare declaratur sic. Obiectũ naturalis actus ipsi⁹ voluntatis est bonũ absolute. Obiectũ ãt voluntatis deliberatiue est bonũ in religione vel ad finem vel ad circonstantiã vel ad obiectũ vel ad aliquid aliud. Regula ẽt creata ac tus naturalis:actus volũtatis ẽ naturale dictamen intellectus. Regula ãt volunta tis deliberatiue ẽ dictamen acquisitũ vel infusũ.Actus ẽt voluntatis naturalis ẽ a volũtate inquantũ est a natura . Actus ãt deliberatiuus est ab ea inquantũ ẽ libera. Cum igiẜ bonũ in religione nõ ꝑcedat or dine nature bonũ absolutum. Nec dictamẽ acquisitũ dictamen naturale. Nec volũtas vt libera seipsam vt est natura sequitur ꝙ in angelo nõ potuit esse actus voluntatis deliberatiuus ante oẽm naturalem actuꝫ illius.ergo ⁊c. ¶ Primus nãqꝫ actus na turalis angelice volũtatis nõ potuit esse nisi rectissimus rectitudine ꝓportionata il li nature.qꝛ res nõ impedita tendit i suuꝫ principiũ naturali motu ꝗ̃tũ põt: qꝛ cum generãs determinet effectũ suũ ad aliquẽ actũ quo conaẜ cõiungi cũ generãte ꝗ̃tuꝫ põt. vt pꝫ in generatione grauiũ ⁊ leuiuꝫ ⁊ multo fortius deus creando voluntatẽ ip sius angeli determinauit eã ad aliquẽ na turalem actũ quo conabatur cõiungi cum deo ꝗ̃tuꝫ poterat. Nec i illo motu aliqua obliquitas esse poterat qꝛ cũ natura ange li fuisset beñ instituta:⁊ ab auctore suo ad illũ naturalẽ actũ determinata : ꝗ̃uis ille actus a voluntate angeli ellideretur: si in illo motu fuisset aliqua obliquitas refusa fuisset in auctorẽ ipsius nature.sicut mot⁹ grauium ⁊ leuiũ refundiẜ in generans:eo ꝙ ab ipso ad illos motus determineẜ : ꝗ̃ uis a natura grauiũ ⁊ leuium:cũ adiutorio influentie loci elliciantur.Sic ergo patꝫ ꝙ primus motus naturalis volũtatis ange lice nõ potuit ñ esse rectissimus rectitudi ne ꝓportionata illi nature. ¶ Malus ãt actus volũtatis deliberatiue ipsius ange li:nõ potuit simul eẽ cũ rectissimo natura li actu illius:qꝛ ꝗ̃uis nõ opponanẜ rõne speciei opponunẜ tñ rõne generis: mꝗ̃tũ vno actu tendebat voluntas in suuꝫ prin cipiũ ⁊ alio recessit ab eo:nec vnus ꝺ istis actibus ordinabaẜ ad aliũ.Et ideo sicut vi demus ꝙ qualiscũqꝫ tristicia in aliquo re mittit naturalr̃ perfectionẽ gaudij in eo dem. Ita oꝫ cõcedere ꝙ malus volũtatis actus deliberatiue remittit ꝑfectioneꝫ na turalis actus eiusdẽ. Restat ergo ꝙ mal⁹ actus volũtatis deliberatiue nõ potuit ꝑ cedere in angelo primũ naturalẽ actuꝫ vo luntatis ipsius:nec simul esse cũ eo. Et ex ꝑñti angelus nõ potuit habere ab instãti creatiõis sue aliquẽ malũ voluntatis actũ ⁊ sic ab illo instanti nõ potuit peccaẜ :nec peccato cõmissionis nec õmissionis qꝛ nõ est peccatũ õmissiõis nisi cũ volũtas omit tit:actũ ad quem teneẜ pro illo tpe vel in stãti quo ad illũ teneẜ.Sed ab instãti crea tionis ipsius angeli nõ tenebaẜ ipse ange lus se ad deũ cõuertere aliquo actu delibe ratiuo volũtatis.ergo i illo instãti se auer tere nõ potuit:nec peccato cõmissiõis nec

omissionis. Fuit igitur vt dictuȝ est inter creationē: ⁊ casum aliqua morula pua. Na ezec. 28. c. dr̄ dyabolo. In paradisi delitijs fuisti: plenus sapia ⁊ pfectus decore. vnde Augu. xi. de ci. dei in paradisi dei delitijs fuisti cū lapide pcioso: ornatus es. ergo ali quādo fuit sine peccato. Quando aūt dr̄ i auctoritatibus predictis q̄ statim corruit. Dicit bona. q̄ ita fuit parua morula q̄ ip sa scriptura loquit de malicia dyaboli qua si semp fuisset in eo: q̄ illud modicum qua si pro nihilo reputatur. ¶ Ad primam ve ro rōnem in oppositū per simile de pecca to originali. rn̄det Ric. q̄ nō est simile: de peccato originali ⁊ actuali: quia peccatum originale est carentia boni debiti nūq̄ tn̄ habiti: nec ēt contrahit per aliquem actū ipsius anime. peccatū āt actuale est in aīa carentia alicuius boni debiti: prius habiti: ⁊ cōsistit in aliquo actū ipsius aīe: vel ōmis sione alicuius boni debiti: ⁊ ideo animā cō trahere peccatū originale ab instanti sue creationis nullā contradictioneȝ includit. sicut angelū peccasse ab instāti sue creatō nis includit cōtradictōnē. s. ipsum in instā ti sue creationis aliquod bonum habuisse vel nō hūisse. ergo ⁊c. ¶ Ad scd̄am etiaȝ rōnem rn̄det Ric. d. q̄ non est simile de cōuersione ⁊ auersione: q: bonus motus d̄ liberatiuus ipsius voluntatis non repu gnabat rectissimo motui naturali qui pre cessit in volūtate ipsius angeli: imo concor dabat. sed illius pfectioni nō concordasset sed repugnasset malus motus deliberati uus ipsius volūtatis: vt dictum est supra. ¶ Pōt dici ēt q̄ boni angeli cōuersi ad deū ab instāti sue creatiōis nō fuerūt puer si motu volūtatis dliberatiuo vn̄ auctori tas Au. i oppositū allegata ⁊ si q̄ alie sil̄es occurrāt: auctātes d̄ motu naturali volūta tis exponēde sunt. ¶ Ad tertiā vero ⁊ vl tim. i. rn̄det Bo. q̄ quidaȝ negant illud in omni creatura: q: tn̄ Aug. vr̄ dicere cōtra riū in luce ⁊ splendore: cōcedamus ⁊ in an gelo. sed tn̄ statim nō fuit in actu ellectio nis: q: illū antecedit deliberatio ⁊ pcogni tio pluriū: q: sicut dictū est. nō possunt esse simul ppter rōnem dictam ⁊ ēt ppter sim plicitatem intellectus angelici: qui vnā cō uersione totus rapitur ab vno obiecto. ita q̄ incōpossibilis est in illo instanti cōuer sio ad aliud obiectum. Et sic satis erit pro parte prima principali huius sermonis.
¶ Pars scd̄a huius sermonis in qua dede ratur si peccatū luciferi ⁊ aliorū angelorū prauorū fuerit peccatū superbie. vel aliud.

Secundo pncipaliter circa qualitatē peccati angelici querit quale fuerit peccatū luciferi. ex pdictis. n. vr̄ fuisse pec catū supbie. Nam Isido. de summo bono vt supra dictū est. c. x. dicit Mox vt factus ē in supbiam erupit ⁊ pcipitatus ē de celo. Et Aug. vt supra ⁊ in. xi. de ci. dei. c. 11. ideȝ ait. Ab initio sue creationis in veritate nō stetit ⁊ nūq̄ beatus cū sanctis angelis fu it. suo recusans esse subditus creatori: ⁊ su perbia sua velut puata ptāte ellatus. Et 12. de ci. c. i. idē dicit. habētes ellationis fa stum pro excellentissima eternitate: vani tatis astuciā p certissima veritate: studia partiū: pro indiuidua caritate supbi falla ces inuidi effecti sunt. In hac āt serie pri mū ē supbia. ergo ⁊c. Et in li. de vera reli gione ait. Superbia quendā appetituȝ v3 nitatis ⁊ oīpotētie h3. Sed hoc fuit in pri mo angelo. appetijt. n. nō subesse. i. sup ali quos esse. Et iō in eodē concludit. Angel9 magis sepm q̄ȝ deū diligendo subditus ei esse voluit: ⁊ intumuit p superbiā. Hinc ēt Isido. alibi inquit. lucifer eminentiā natu re ⁊ pfunditatem scientie sue ppendens. in creatorem suū superbiuit in tm̄ q̄ etiaȝ deo equari voluit. Idem pbatur in veteri testō Eccl. x. initiū oīs peccati superbia. er go ⁊c. Idem in nouo lu. x. videbam sathan sicut fulgur de celo cadentem: vbi glo. di cit. Qui singulariter ellatus erat: vt in ei9 casu ceteri de ellatione timerēt. ex quibus

omnibus patet fuisse peccatum superbie. ¶ Item idem probatur rõnibus. ¶ Primo sic. Non cõuenit nisi tripliciter peccare: videlꝫ aut ex concupiscentia carnis: aut in concupiscentia oculoꝝ: aut in superbia vite. Sed primũ esse non potuit: quia caritatem non habuit nec etiã appetitus diuitiarum: quia sp̃us his nõ indiget: ergo fuit superbia vite. ¶ Secũdo sic genera peccatorum spiritualiũ non sunt nisi quattuor preter auariciam que tenet quasi mediuꝫ iter carnalia ⁊ sp̃ualia, vꝫ superbia, ira, Inuidia ⁊ accidia. Sed in omnibus tribus generibus est odium, ergo cuꝫ omne gaudium causetur ex amore: odium autem inordinatum creatur ab amore inordinato. ergo ante ista tria genera: oportꝫ aliquod spirituale peccatum precedere in diabolo sed hoc non potuit esse nisi superbia, ergo ⁊c. ¶ Tertio sic. Nunquam peruertitur affectus nisi peruertatur iudicium prius nunq̃ꝫ peruertitur iudiciũ in his que sunt de necessitate salutis nisi aliqua excecatio sit in ratione, ergo excecatio rationis precedit omnem appetitum: sed excecatio nõ potest esse quin precesserit aliquod peccatum: ⁊ non potuit precedere peccatum appetitus, ergo precessit peccatum presumptionis: sed hec ẽ superbia, ergo ⁊ cetera. ¶ Sed quibusdam uisum est: ꝙ angelus peccauerit peccato ingratitudinis: quod probatur ratione ⁊ auctoritate. ¶ Ratione sic. Tenetur quis de beneficijs acceptis gratias habere quando illa considerat. Sed dyabolus considerauit dei beneficia cum respexit pulchritudinem suam: ⁊ excellentiam, ⁊ non egit gratiam imo oppositũ fecit: quia quod dei erat sibi attribuere voluit, ergo ⁊c. ¶ Idem probatur auctoritate Ber. in li. de gradibus humilitatis dicentis. Quia bonitati dei a quã cõditus es ingratus extitis: iusticiam quam expertus non es non metuis: ideo audacter culpaꝫ cõmittis, ergo anteq̃ꝫ esset superbus fuit ingratus. ¶ Sed ⁊ alij dicũt ꝙ fuit peccatum angeli peccatum infidelitatis: quod etiam probatur ratione ⁊ auctoritate. ¶ Ratione sic, dyabolus nunq̃ꝫ appetijsset nisi credidisset sibi esse bonũ vel possibile: sed omnis qui credit creaturam equari posse creatori: est infidelis, ergo dyabolus anteq̃ꝫ superbiret infidelis fuit. ¶ Item auctoritate idem probatur. Ansel. li. de peccato dyaboli, ⁊ Ber. de gradibus humilitatis, dicunt ꝙ dyabolus nõ credidit se puniendum siue credidit se nõ debere puniri: sed qui credit ꝙ peccatum relinquatur impunituꝫ infidelis est, ergo prius dyabolus peccauit peccato infidelitatis q̃ꝫ appeteret, ergo ⁊c. ¶ Alijs etiam uisuꝫ est ꝙ peccauit peccato inuidie: quod etiam probat̃ ratiõe ⁊ auctoritate. ¶ Ratione sic, conuerti est caritati adherere: ita auerti est odio habere vel inuidere, ergo cum peccato dyabolus fuerit auersus inuidia fuit primum eius peccatum. ¶ Idẽ probatur auctoritate Sapiẽtie. ᵱo inuidia dyaboli mors introiuit in orbem terrarũꝫ sed mors intrauit primũ peccatum luciferi, ergo fuit inuidia. Nam ⁊ Augusti. in libro de sancta virginitate loquẽs de superbia ⁊ inuidia dicit. His duobus dyabolus est, ergo ⁊c. ¶ Queritur ergo qđ peccatũ fuit. ¶ Ad hanc q̃õnẽ r̃ñdent multi doc. quorũ prius ẽ irrefragabil' doc. Alex. nr̃ ꝺ aleo in ĩa p̃te sume in tractatu ꝺ casu diaboli. Et ceteri eius discipuli, b. Bon. in ᵱo di. 5. ar. 1. q. 1. ⁊ Ric. ibidẽ per omnia. Et b. Tho. in ᵱo scripto di. 5. ar. 1. Et in suma cõtra gentile ol. iij. c. cviij. Et ſm eorũ dicta ponemus tres cõclusiones. ¶ Prima est ꝙ in angelis potuit esse peccatũ. ¶ Scđa ꝙ eorũ peccatũ primũ: ⁊ p̃cipale fuit superbia. ¶ Tertia ꝙ eorũ peccatum superbie comittantur aliqua multa. ¶ Prima conclusio declaratur sic ⁊ probatur breuiter tali ratione. Omne agens quod non est sua regula: sed regulatur per aliquid.

aliud a se pôt in agendo deficere: quia potest a sua regula separari. Sz omnis creatura rõnabilis regulat per aliud a se. s. per deum. ergo in omni creatura intellectuali angelica ⁊ humana pôt esse peccatũ licet enim iudiciũ rõnis in angelis passione ligari nõ possit. Ita q nullum est peccatũ in eis ex impetu passionis pôt tamẽ ligari inquantũ considerando vnũ retrahitur a cõsideratione alterius eo q intellectus eius simul plurium nõ est: nisi sicut in obiecto oia contemplatur. Contingit aũt aliud esse elligendũ sm vnam consideratione: quod tñ non est elligendũ alijs cõditionibus consideratis. Sicut verbigratia Medic⁹ iudicat aliqd eẽ expediẽs egroto vna eius infirmitate considerata. qđ tamen nõ est expediens vel cõueniens egroto: ppter aliam infirmitatem ⁊ quam vel nõ cognoscit medicus vel nõ considerat. Sic ergo in angelis potuit esse error ellectionis ⁊ ita peccatũ. ergo ⁊c. ¶ Secũda cõclusio declaratur a sufficiẽti enumeratõne. Illa sola peccata in angelo pñt esse: ad que angelica natura affici pôt: non. n. pôt affici ad bona corporalia: cũ sit in corporeus. vnde Aug. 14. de ci. dei dicit. Qđ dyabolus nõ est fornicator neqz ebrius ⁊ neqz aliquid huiusmodi. ¶ Non ergo fuit inordinatũ gaudium q: gaudiũ ẽ quies appetitus in re amata cũ presens est: ergo inordinatũ gaudium psupponit inordinatum amorẽ. ergo ⁊c. ¶ Non ẽt fuit inordinatũ desideriũ quia desiderium ẽ respectu boni futuri. Amor aũt respectu boni simpliciter. ergo inordinatũ desyderium psupponit inordinatũ amorem. ¶ Nec fuit fuga que ẽ in affectu respectu rei future vt contrarie rei delectabili. ió enim eam refugit appetitus: q: est cõtraria rei desiderate vel amate. ¶ Nec fuit inordinata tristicia ⁊ q: tristicia ẽ respectu rei odite cum pñs est. vl' ex absentia rei amate: que ẽt absentia odiosa est. ergo inordinata tristicia psupponit inordinatũ odium: ⁊ exñti inordinatũ amorem. ¶ Nec fuit desperatio: q: desperatio est respectu boni apprehẽsi: vt ñ possibile haberi. ergo desperatio psupponit inordinatũ desideriũ ⁊ exñti inordinatuz amorẽ. ¶ Nec ẽt fuit inordinata spes q: spes est respectu boni desiderati. ergo inordinata spes psupponit inordinatũ desiderium: ⁊ existenti inordinatũ amorem. ¶ Nec fuit inordinatus timor q: timor ẽ respectu mali ardui futuri apprehensi. vt possibile vitari tñ cuz difficultate ergo timor ẽ respectu rei fugiẽde dum ẽ futura ⁊ odita simpliciter. Inordinatus. ergo timor psupponit inordinataz fugã in affectu: ⁊ inordinatum odiũ: ⁊ exñti inordinatum amorem: ¶ Nec fuit vitiũ audacie q: hoc vitiũ est respectu ardui mali futuri apprehensi vt possibile aggrediendi superare tñ cũ difficultate. vñ audacia includit spem victorie. ⁊ rõne huius viciũ audacie icludit' inordinatum desideriũ: ⁊ ex consequẽti inordinatum amorem. Et q: est motus ad reppellẽdum odiũ: psupponit inordinatũ odium ⁊ existenti inordinatũ amorem. ¶ Nec etiã fuit inordinata ira: q: ira est appetitus vindicte sperate pro illata iniuria. vñ inordinata ira psupponit inordinatam spẽ ⁊ inordinatũ desiderium ⁊ ex pñti inordinatũ amorem sed lucifer nullam fuerat passus iniuriã. ¶ Nec fuit inuidia: quia sm Dam. li. 2o. c. 15. inuidia ẽ tristicia in alienis bonis: Et pterea sm Aug. li. xi. sup gen. ad lram inuidia sequitur superbiã: nec pcedit: non enim cã superbiendi ẽ inuidia: sed bñ cã inuidendi ẽ superbia. ¶ Nec fuit accidia q: sz Dam. vbi supra. Accidia est quedã spes tristicie. Est. n. quedam tristicia aggrauãs. ¶ Nec fuit infidelitas: nec quecũqz alia inordinatio cognitiue q: omnis inordinatio culpabil' cognitiue oriuz hz ex inordinato motu vel inordinata õmissione affectiue. ¶ Nec pôt aliquis dicere cõtra pdcm̃ pcessum: q aliquis pnominati motus pre

supponat amorem q non sequitur q psup
ponant eum inordinatũ:quia contra hoc ẽ
quod dicit apostolus Ro.xi.Si radix san
cta:et rami.ergo a destructione cõsequẽtis
si rami nõ sunt sancti nec radix. ¶ Restat
ergo q peccatuz luciferi fuit inordinatus
amor non cuiuscunqz sed sui ipsius:quia i
ordinatus amor recuruatur in amantem.
Inordinate aũt amare se ẽ inordinate vel
le sibi bonũ:qđ sm beatũ Jo.in p:ia cano.
so.c.est vel respectu carnaliũ vt dictũ est
delitiarũ vel respectu diuitiarũ tpaliũ vel
vanarũ excellentiarũ. Sed certum est q
lucifer non appetijt carnales delitias: q:
eas nõ potuit apprehendere vt sibi cõuẽ
nientes cũ sit spũs. Nec tpales diuitias:
q: ad illud ordinãtur q angelo nõ compe
tit.s.ad victum et vestitũ:si ãt eas inordina
te appetijsset ad alijs distribuendũ ille ap
petitus nõ fuisset peccatũ q: presupposuis
set iordinatũ appetitũ vaneglorie. ¶ Re
stat ergo q peccatũ luciferi fuit inordina
tus amor sui in volẽdo sibi inordinate ex
cellentiã sed sm Aug.vt dictũ est.Supbia
est amor pp:ie excellentie:amor vz inordi
natus.ergo luciferi peccatũ fuit supbia.et
ẽt aliorũ angelorũ vt dicit tho.in suma cõ
tra gẽñ.vbi supra et Ric.vbi supra.q.2.Nõ
solũ.n.lucifer per maliciã malus effectus
est:sed ẽt alij qui cũ eo ceciderũt puersissi
me eruperũt in superbiã.vñ vgo de sacra.
li.i.pte.s.c.33.dicit ex illis qui ceciderũt:
q: in vna simul oẽs malicia ɔsenserũt:qua
si vnũ ex se puerse societatis ordinẽ effece
runt.Et Grego.3o li.mora.dicit.Tãto ma
gis homines ascẽdere ad celestia inuidẽt
s.demones.q̃zto se a celestibus p immundi
ciam ellationis deiectos vident.Et Ansel
de casu dyaboli dicit.illud qđ mali angeli
appetiuerũt:fuit aliqd ad qđ crescere po
tuerunt:quod nõ acceperũt:qñ creati sũt:
vt ad aliud suo merito proficerent.vbi nõ
nullum est q superbia demonum confor
mis fuit principi tenebraruz qui attendẽs
suorum naturaliũ strenuitatem et excellen
tiam precesse:et requiescere voluit sua stre
nuitate et auctoritate hoc est sine meritis:
demones aũt eum sequentes:non sunt au
si tantũ appetere:sed considerantes natu
raliũ strenuitatez voluerunt sub vmbra il
lius requiescere:ita q nõ ministrarẽt: sed
quadam sub illo potirentur voluntaria li
bertate:quã se habere nõ posse sub diuino
domino videbãt. ¶ Quisquis diceret hoc
non videtur fuisse peccatũ superbie: sz po
tius pusilanimitatis. Nam vt dictum est.
Est supbia amor pp:ie excellentie. ergo p
contrarium pusillanimitas que sm phm
quarto ethicorũ.c.10. opponitur magnani
mitati est amor minime subiectionis.Sed
angeli consentientes lucifero appetiuerũt
plusq̃z deberent subici:quia magis seruo
q̃z dño appetierunt subici. ergo ceteri an
geli excepto lucifero peccauerũt peccato
pusillanimitatis. ¶ Ad hoc potest dici q
q̃zuis angeli lucifero cõsentientes magis
appetierint subici seruo q̃z dño. hoc tamẽ
appetierunt vt minus subicerent. vnde p
accidens.seruo magis q̃z domino subesse
voluerunt.sed per se appetiuerunt paruz
subesse.Cognouerunt enim se esse factos
ad quietis beatitudinem participandam
per merita et ministeria. In hoc ergo sup
bierunt q sine meritis voluerunt esse bea
ti:et sine ministerio quiescere: et sine limite
propriam voluntatez adimplere et hoc to
tum est superbire. Quomodo autez ange
li peccauerunt a primo angelo ponitur ta
le exemplũ. Sicut enĩz miles sub rege or
dinatus:et sub duce exercitus habet bonã
voluntatem sequens ducem dirigentẽ vo
luntatem suam in regem:et malam sequẽs
voluntatem ducis contra voluntatem re
gis:sic quidam de inferioribus angelis se
quentes voluntatem primi angeli contra
voluntatem dei peccauerunt.Alij autez di
sentientes a voluntate angeli:et sequentes
voluntatem diuinam deo imobiliter adhe

serunt. Confirmare videtur hoc Job.4.c. di. Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles: et in angelis suis reperit prauitatem: quāto magis qui habent domos luteas .i. homines. Et patet sic ꝑ̄a conclusio. ¶ Tertia cōclusio est ad declarationem obiectorū in p̄dicta difficultate: que sic declaratur. Naꝫ quidam asseuerare uoluerūt. ꝙ dyabolus simul pluribus generibus peccatorꝫ peccauerit. naturaliter autē et principaliter pre alijs peccatis fuit illud superbie. Et sic p̄cedunt vnica et breui responsiōe ad omnia obiecta. quod verū concludūt. Sed hec cōclusio siue rn̄sio. nec verum dicit nec cōcludit siue soluit. ¶ Verū quidem non dicit: quia est affectus dyaboli simplex sicut et itellectus: et intellectus non pōt simul plura intelligere ꝑm plm. Similiter nec affectus. simul et in eodem instanti plura peccata cōmittere: maxime que spectant oīno ad diuersas actiones. sicut infidelitas supbia et inuidia. ¶ Preterea esto. ꝙ vera esset. non soluit: quia nō tantū predicte rōnes probant: ꝙ predicta cōmittentur supbiam. sed ꝙ antecedant. Et ideo est dicendū ꝙ est loqui đ peccato ꝑm triplicem statum. s. quantū ad incohationem. cōsumationē et confirmationem. Peccatū eni diaboli initiatum ē in presumptione. statiꝫ .n. vt suam vidit pulchritudinem ꝑsumpsit. Consumatum aūt est in ambitione quia p̄sumens de se appetijt: quod omnino supra se fuit: et ad quod peruenire nō potuit. Sꝫ stabilitum est in inuidie et odij cōfirmatione siue auersione: quia ex quo obtinere nō potuit: quod appetijt. ideo inuidere cepit. et affectu odij contrariare: et in hoc ꝯfirmatus est: quia hoc ipm oīno separauit a deo et perfectum obstaculū posuit: sicut ecōtra perfecta caritas deo cōiungit. et sic patet tertia conclusio. ¶ Quando ergo dicitur ꝙ videtur fuisse peccatum ingratitudinis &c. dicendum ē. Quod ingratitudo potest dici dupliciter. s. Negatiue: vel contrarie. Negatiue quando quis non ē gratus deo vbi debet. et sicē circonstantia omniū peccatorum. Contrarie vero siue priuatiue: qn̄ non tantum est gratus. imo contrarie mouetur: vt puta quādo cogitat de beneficio vt est beneficium et paruipendit beneficiū vel benefactorem: et sic est speciale peccatū. Sic aūt non peccauit dyabolus: quia non cogitauerit de beneficijo dei: inquātū ēēt dei sed inquantuꝫ erāt bona propria ideo ellatus est. ¶ Ad illud quod obicit de infidelitate dicendum est ꝙ non fuit peccatum infidelitatis quia clarus et sanus eius intellectus non peruertit in iudicādo vel inquirendo nisi prius aliqua ellatione ingnetur: et quando dicitur ꝙ non credidit puniri dicēdū ꝙ ad peccatuꝫ infidelitatis oꝫ ꝙ sit consensus rationis: cum iudicio vniuersali. si enim aliquis cogitat ꝙ fornicari est sibi bonum et non consentit iudiciuꝫ rationis non ē infidelis. Et de dyabolo dico ꝙ non consensit iudicio rationis: sed estimauit sibi bonum. ¶ Ad vltimum de inuidia iam patet rn̄sio: quia non fuit primuꝫ peccatū: quia vt Aug. dicit inuidia proles est superbie: et ita eam sequitur et si non in eodem instanti: tamen in eodem tempore sine intermissione more: vnde in huius p̄lis generatione confirmata est inuidia: et dictus est ipse dyabolus: quia deorsum fluxit et sic in malicia sua confirmatus est. Et ideo describens. Magister peruersionem qualis est in dyabolo: nisi in hominibus peccatoribus dicit. Quod auerti est odio habere vel inuidere. dyabolus enim superbus non volens ascendere compulsus est descendere odit deū iustum: et inuidit eius excellentie: et anime nostre. vnde August. 14. de ci. dei. c. xi. dicit. Postq̄ꝫ vero superbus ille angelus: ac inuidus: per eandem superbiam adeo ad semetipsuꝫ conuersus et quodaꝫ quasi tyrānico fastu gaudere subditis q̄ꝫ esse subditus elligens: de paradiso cecidit: cuius lapsu sociorumq̄ꝫ eius qui

ex angelis dei angeli eius effecti sunt in libris vndecimo ꝛ.12.huius operis satisq̄ȝ potui disputaui male suadentia versutia i hominis sensum serpere affectans cui vti qȝ statim quoniam ipse ceciderat inuidebat. Colubꝛum in paradiso coꝛpoꝛali: nisi cum duobus illis hominibus masculo ꝛ femina: animalia etiam omnia terrestria cetera subdita ꝛ innoxia versabantur. aliis scilicet lubꝛicum ꝛ tenebꝛosum anfractib⁹ mobile operi suo congruum per quem loqueretur ellegit. Satisfacit pꝛo parte secũda pꝛincipali huius sermonis.

¶ Pars tertia huius sermonis in qua declaratur qualiter angeli fuerunt grauissime puniti.

TErtio videnduȝ est.qualiter angeli pꝛopter eoꝛum superbiam dispsi sunt ꝛ puniti. Et hoc audiamus.a Joh. apoc.12.di.factum est pꝛelium magnum in celo. Michael ꝛ angeli eius pꝛeliabantur cum dracone: ꝛ draco pꝛoiectus est ꝛ angeli eius: ꝛ non valuerunt: neqȝ locus inuentus est eoꝛum in celo: ꝛ pꝛoiectus est ille draco magnus serpens antiqu⁹ qui vocatur dyabolus ꝛ sathanas qui seducit vniversum oꝛbem: ꝛ pꝛoiectus est in terram: ꝛ angeli eius cum illo missi sunt. In quib⁹ verbis.tria notantur. ¶ Pꝛimo pꝛeliũ. ¶ Secundo casus. ¶ Tertium suppliciũ. ¶ Pꝛimo notatur pꝛelium quod gestum est circa tria que in spirituali creatura reperiuntur: que sunt.ratio.facultas ꝛ voluntas.per rationeȝ.ellecti nempe ꝛ repꝛobi angeli contraria sentiebant. Per volũtateȝ ad contraria afficiebantur: per facultatem etiam ad contraria nittebantur.ellecti enim angeli sublimiter sentiebant de deo ꝛ gratia eius ad gratiam ꝛ gloriã afficiebantur.ꝛ pꝛo facultate ill' data pꝛo illis nitebantur. Angeli vero superbientes ꝛ contemnẽtes: ꝛ gratiam ꝛ gloꝛiam dei sublimiter sentiebant de bonitate nature sue: ꝛ ideo ad pꝛopꝛiam gloꝛiam afficiebantur: ꝛ toto nisu in contrarium ellectis spiritibus ferebantur: ꝛ illud erat pꝛelium magnum: quia magnis affectionibus in contrarium ferebantur ellecti ꝛ repꝛobi: boni in creatoꝛem.mali in creaturã.boni in gratiam.mali in naturam. Pꝛimus inter ruentes angelos comparatur draconi pꝛopter astusticiam: ꝛ circonuentiuam maliciam. Et pꝛimus bonoꝛum Michael nuncupatur: pꝛopter diuine sapientie admirationem sublimem Michael nempe quis vt deus interpꝛetatur: pꝛopter quod nõ immerito signatur in eo admiratiua contemplatio dei per quã: deuȝ vtiqȝ incompꝛehẽsibilem omni creature intellexit. Merito ergo ceteroꝛum angeloꝝ dicitur esse pꝛincepo: quibus in hac contemplatione clarioꝛ habebatur: angeli autem eius sunt: qui in eodem sensu ꝛ voluntate. ꝛ actione conueniebant. pugnabant.ergo cum dracone: ꝛ draco pugnabat: ꝛ angeli eius: ꝛ non valuerunt: quia infinite potentie dei: creatura non potest resistere. ¶ Secundo notat casus: de quo subinfertur: neqȝ locus amplius eoꝛum inuentus est in celo: non in celo gloꝛie ad quam ascendere potuissent: non in celo gratie: quam contempserunt. Non in celo empyreo: in quo creati fuerũt vnde Augustinus in.xi.de ciuitate dei.c.13.dicit. Quis enim chꝛistianus catholicus ignoꝛat: nullum nouum dyabolum: ex bõis angelis futuꝝ ulteri⁹ sicut nec istũ in societatem bonoꝛum angeloꝛum vlterius rediturum. ¶ Sed dubitari solet ex quibus oꝛdinibus angeli ceciderint. De lucifero dicunt Bo.ꝛ Ric.in secundo dist.vj. ar.i.q.i.q̄ fuit de suppꝛemo oꝛdine. vnde Job.40.ipse est pꝛincipium viarum dei. sed non oꝛdine naturé.ergo oꝛdine dignitatis.ꝛ Greg.32.li.moꝛa.dicit. Dum ceteris agminibus angeloꝛum pꝛelatus eoꝛũ claritatem transcendit ex eoꝛũ cõparatõe

clarior fuit. De alijs autē dicit Ugo ꝙ de quolibet ordine ceciderūt similiter Ric. ꝛ Bo. vbi supra. q. 2. Dicit tamē Bo. in secū do di. 9. Q2 ad pfectionē duo cōcurrunt. s. natura ꝛ gr̃a. Natura tanq̃ȝ fundamentū ꝛ dispositio. Gr̃a vero tanq̃ȝ cōplementū: ꝛ pfectio. ꝛ q2 aliqd dr̃ esse secundū quid qñ est in sola dispositione ꝛ tūc eē simplici ter qñ ē in sua pfectiōe. Cū demones ꝛ an geli ĩ naturalib⁹ cōueniāt dr̃ aliqñ demo nes fuisse de diuersis ordinib⁹ angeloꝝ lȝ ipsi nunq̃ȝ fuerit in aliquo ordine. Lucifer ergo ex pte nature idoneitatē hēbat ꝙ si stetisset in supremo ordine fuisset colloca tus. Sic ꝛ alij angeli q ceciderūt ex parte nature idoneitatē hēbant esse in diuersis ordinibus. ¶ Tertio nota suppliciū d quo subinfert. ꝛ piect⁹ ē draco ille serpens anti qu⁹ qui ꝛc. in locū. s. quē odiunt ĩ hūc aerē caliginosum. vsq3 ad diem iudicij. Nā vt doc. declarant. Ric. s. ꝛ Bo. vbi supra ar. 2. q. 1. Locus demonum post lapsum vsq3 ad diem iudicij non est subterraneus quem in fernum dicimus: sed aer caliginosus ĩ quo demonum multitudo inhabitat. vtrum au tem aliqui detrusi sint in infernū. hoc non est a sanctis determinatū. bene creditur ꝛ ꝙ aliqui descendūt ad torquēdas aīas: se cundū ꝙ habēt in se maledictiōis deputa ta officia. Ratio autē quare in hoc aere sunt est pp exercitiū humanū: ꝛ etiā pp eo rum penā. Scd̃m enī alexan. in secūdo. lo cus in quo conditi erāt fuit celū empyreū qd̃ est luminosum: ꝛ ē locus naturalis eis quia noluerunt tenere habitationē lumi nosam: nō ꝙ pena esset angelo bono eē in loco tenebroso, vt si angelus bonus mitta tur ad has partes inferiores: Sȝ ideo ma li angeli ceciderunt in penam quia non possunt reuerti ad suaȝ regionem sibi con naturalem luminosam: deferūt etiā secum tenebras inferiores. vtrū autem cruciētur pena ignis ante iudiciū non est a sanctis determinatū. secundū predictos. doc. Ric. ibidē ꝛ Bo. ibidē. q. secunda. Post iudiciū tamen diē a xp̃o in ignē mittentur. vt Au gu. dicit de fide ad Petrū. Consideremus ergo quāta fuerit maloꝝ angeloꝝ pulchri tudo quāta sapientia quāta potentia q̃ta felicitas: ꝛ tamē nunc sunt in tāta miseria: O lucifer qui ceteros pulcritudine supe rabas angelos vbi es cū angel' tuis: heu quia expulsus autē de celo empyreo. cur? ꝑpter superbiā. vbi est gloria quā adepti sunt angeli boni: heu tu perdidisti eam ꝑ pter superbiā. vbi nūc habitas? heu ĩ loco caliginoso cū angelis tuis solum ꝑpter su perbiā. o superbia maledicta tu de celo ei cis angelos: tu spolias eos tāta gr̃a ꝛ glo ria ꝛ ĩ tantā miseriā eos detrudisti ꝛ ignē eternū eis preparasti: ꝛ cōtra illos iustitiā dei prouocasti. fecit enī deus potentiā in brachio suo dispersit superbos mente cor dis sui. s. luciferꝝ cū suis sequacibus. Ma gnopere igit̃ fratres charissimi superbiā nobis esse euitādā instruimur: ac totis vi ribus humilitatem amplecti nos debere angelorum pena edocet. oppositoruȝ n. ea dem est disciplina. Nam sicut superbia e tanta gloria in tantā potuit prosternere mi seriam ita humilitate a multa deiectione ꝛ calamitate ad sublimitatem ꝛ eternam gloriam valemus ascendere. qd̃ nobis pre stet eternus celoruȝ pater per omnia secu lorum secula. Amen.

¶ Feria tertia post dominicā in quinqua gesima. De punitione superbie primorum nostrorum parentū. Sermo. 17.

Omnis plebs vt vidit dedit laudem deo. Ite rum vbi supra. Super bie scelestissimū dete standissimumq3 vitiuȝ in xp̃o fratres charissi mi quo nihil pro eter no patri contrarius nusquā impune dere

liquisse legitur. Nō enim angelis in celo peccātibus superbiaqꝫ ellatis iustitia eterna imuneis vindicta persistere valuit. Nō secundo parentes nostri in deum erecti superbia inpunitate merito quippe gaudere potuerunt quas enim luxerunt penas nec sumus inscij:adeo vt etiam eorum posteritas sue superbie vir⁹ persentiat ⁊ nec aliquando sit futurum quo illesa pertransire queat hoc enim pessimum scelus sua semper querit errata non corrigere:sed potius altius intumescēdo defensionis excusatiōis ve causas adinuenire studet:quod protoplausti duz peccatū suum excusandū esse affirmare sunt conati:grauī⁹ deliquētes grauius sunt equidē percussi. vñ Aug. super gen.li.2.dicit.c.50. Nō dixit Adam peccaui sed mulier quam dedisti mihi dedit mihi ⁊ comedi.quia superbia habet deformitaté confusionis nō habet humilitatem confessionis.hlle. Omnis igiť plebs .s.totus mundus. d.i. deo humiliter eum laudibus extollens. ❡ De qua punitione primorū nostroꝝ parentum superborū: ad nostri exemplum.⁊ nostrā emendationem aliqua describere cupientibus. tria occurrunt. ❡ Primum quoꝝ dicitur culpabilitas. ❡ Secundū grauitas. ❡ Tertiū quoqꝫ penalitas.

❡ Pars prima huius sermonis i qua declaratur ꝙ peccatū primoꝝ parentū fuit peccatum superbie.

PRimo igitur ⁊ principaliter vidédum est que culpa fuerit primorū parentum. An.s.fuerit peccatuꝫ superbie. ❡ Ad qō respondit Ric.noster in secūdo di.22.ar.prio.q.1.⁊.S.tho.ibidé.⁊ scōa scde q.163.ar.3.in corpore questiōis.⁊ in solutione primi ar. Qō peccatū primoꝝ parentū fuit peccatū superbie.⁊ q̄uis dño Bo. in secundo.e.di.dicat ꝙ fuit peccatum inobedientie vt patet in tractatu de obediētia: tamē non obstat quin fuerit peccatū superbie. Inobediētia enim vt iam diximus a superbia venit.vnde etiā Magr̄ ibide.m dicit ꝙ peccatū mulieris incohatum fuit a superbia. Qō confirmat Alexan.in secunda parte i tractatu de casu hominis.appetebat eni scientiā siue similé scientie diuine peccatū mulieris fuit superbia:quam imediate sciendi curiositas est secuta: que a quibusdā cōprehenditur sub generali auaritia.⁊ post hec per inordinatuꝫ appetitū esus ligni vetiti sequuta est gula ⁊ in comestiōe specialis inobediētia. Probabile enim videtur ꝙ hoc ordine tentationis d̄ peccato in peccatū sit prolapsa. ❡ In tētatione eni. Primo expressa ē promissio excellentie cū dicitur eritis sicut dij. Inordinatus autē appetitus excellentie est supbia. ❡ Secūdo pmissio sciētie cum dr̄ sciētes bonū ⁊ malū. Inordinatus aūt scientie appetitus ē curiositas noxia. ❡ Tertio exprimit scriptura aspectū ligni vetiti cum dr̄.vidit igitur lignū mulier qō bonū esset ad vescendū. In quo ēt datur intelligi immoderat⁹ appetit⁹ cibi q ē gula. ❡ Quarto exprimit istā comestioné cum dicit. Et tullit de fructu illius ⁊ comedit:in quo cōsumata est mulieris inobediētia. Non ergo fuit bonitas cibi siue pulchritudo primum motiuū ad peccandū sed potius suasio serpentis:qui dixit eis aperiētur oculi vestri:⁊ eritis sicut dij ⁊ ideo primū coruꝫ peccatū fuit superbia.⁊ nota ꝫm.S. Tho. ꝙ appetitus sciētie creat⁹ fuit i hominib⁹ ex inordinato appetitu excellentie: vnde in verbis serpentis premittitur. Eritis sicut dij:⁊ postea subditur scientes bonuꝫ ⁊ malum fuit ergo superbia primi hominis in hoc ꝙ inordinate appetiuit similitudinem dei:quantū ad scientiam boni ⁊ mali principaliter. ❡ Secundario appetijt similitudinem dei quantū ad potentiā vt.s.virtute nature proprie operaretur ad beatitudinem consequēdam.vnde nota ꝙ similitudo dei ē triplex.s. Esse noticie ⁊ potentie. ❡ Prima est similitudo esse ꝫ ab ipso

creationis principio fuit impressa homini gen. pri°. Fecit deus hominē ad similitudinem suam. Et similiter angelo de quo dī Eze. 28. Tu signaculū similitudinis. ¶ Secunda similitudo est noticie vel sciētie: ꝛ hanc similitudinē accepit angelus in sui creatione. vnde in predictis verbis cum dictū esset angelo. Tu signaculū similitudinis statim subinfertur plenus sapientia ꝛc. Sꝫ hanc similitudinē homo nō accepit in sua creatione in actu sed in potentia solum. ¶ Tertia est similitudo potentie. s. operandi aliqd quo ad beatitudinē perueniret. Modo igitur neuter eoꝝ. s. angelus ꝛ homo peccauit appetendo similitudinē nature vel esse. Sꝫ primus homo peccauit appetendo pricipaliter similitudinē dei: quātum ad scientiā boni ꝛ mali vt. s. per seipsum cognosceret quid sibi bonum vel malum esset futurū. Secūdario appetijt similitudinē dei quantū ad potentiā eo modo quo dictū est. vnde Augu. de vera religione dicit: q̄ magis voluit sua potentia frui q̄ꝫ dei. Ex quibus omnibus apparet q̄ peccatū eius fuit superbia. vñ Ecclesiastici. 25. A muliere factum est initiū peccati ꝛ Ecclesiastici. x. Initiū o. p. sup̄bia ꝛ Augu. in libro de virginitate ait Dyabol⁹ i celo voluit esse sicut deus eadē autē persuasit similitudinē voluntatis sue. homini. ergo peccauit peccato superbie ꝛ iteꝝ Augu. in 14. de ci. dei. c. 13. Confirmat omnia predicta dicens. In oculto autē mali esse ceperunt vt in apertā inobedientiā laberētur non enim ad malum opus peruenirēt: nisi precessisset voluntas mala: porro male voluntatis initiū: quid potuit esse nisi superbia? Initium omnis peccati superbia est. Quid est autē sup̄bia nisi peruerse celsitudinis appetit⁹ peruersa autē est celsitudo deserto ei cui debet inherere anim⁹ principio: sibi quodā modo fieri atqꝫ esse principium. hoc fit cū sibi nimis placet. sibi vero ita placet: cū ab illo bono imutabili deficit q̄d ei magis placere debuit. ꝛ infra. Bonū est enim sursum habere coꝛ: nō tamen ad seipsum q̄d superbire sed ad dominū q̄d ē obedire: q̄d nisi humiliū esse potest ꝯ ille. Et sic satis erit de parte p̄ria principali. ¶ Pars secūda huius sermonis in qua declaratur peccatum primoꝝ parentum fuisse grauissimum.

Secundo videndū est de grauitate peccati primoꝝ parentū. Ad cuius euidentiā mouētur duo dubia. ¶ Primū est si peccatū primoꝝ parentum fuit grauissimum. ¶ Ad hoc respon. scdm Alexā. ꝛ tho. Tho. enim dicit q̄ peccatū primoꝝ parentū simpliciter nō fuit graui⁹: q̄ꝫ peccata alia humana sed ꝼm quid sic q̄d pꝫ. Nam ꝼm speciē peccati peccatū eoꝝ non fuit grauius alijs peccatis humanis: q: maioꝛ superbia ē qua quis deū blassematꝫ ꝛ negat q̄ꝫ sup̄bia: qua quis inordinate appetit similē dei qualis fuit superbia primorum parentū: Sed ꝼm conditionē personarum peccantiū illud habuit maximā grauitatē: p̄pter p̄fectionē status ipsoꝝ: erāt enim in sūmo ꝛ perfectissimo statu ꝛ ideo ex hoc grauissime peccauerūt. Alexander autē dicit vult hoc q̄ peccatū primoꝝ parentum fuit maximū ratione damni vl̄ pene que ita se extendit in genus humanū. vnde Augusti. in libro ench. c. 26. dicit. Post peccatū exꝫ effectus est Adam: stirpemqꝫ suā quam peccando in se tanquā in radice viciauerat: pena mortis ꝛ dānationis obstruxit: vt quicqd proles ex illo ꝛ simul dānata per quā peccauerat cōiuge per carnalē concupiscentiā nasceretur traheret peccatū originale ꝛc. ¶ Secundum dubiū est quis grauius peccauit. an vir vl̄ mulier. ¶ Ad hoc respon. ꝼm Alexan. ꝛ Tho. vbi supra ꝛ Ric. ꝛ Bo. vbi supra. q. 3. quāuis diuersimode tñ in idem redit. Collige ergo sic ex dictis eoꝝ: q̄ peccatū viri ꝛ mulieris in grauitate habuerūt se sicut excedentia ꝛ excessa. ¶ Primū enim mu

lieris maius fuit triplici ratione peccato ade. ⁋ Prio ratione appetibili quia eua voluit eē ſicut deus in aſſimilatiōe ſciētie ⁊ hoc ardentiꝰ appetijt. dū credidit hoc ſe poſſe obtinere. ⁋ Secūdo ratione cauſalitatis: quia adam induxit ad peccatū ⁊ ita fuit cā peccati Ade ⁊ nō ecōuerſo. ⁋ Tertio minoris occaſiōis qꝛ etiā minorē occaſionem habuit peccandi q̄z adā. Cuius rō eſt qꝛ maior inclinatio fuit ad credendū vxori qꝛ ipſa ad credendū dyabolo per ſerpentē ſuggerēte. ⁋ Ex alia etiā parte magis peccauit Adam q̄z eua. tribus alijs rōnibus. ⁋ Prio propter maiorē ingratitudinē. Maior enī ingratitudo fuit in Adā eo ꝙ plus eſſet ſpirituali mēte preditꝰ ꝓp maiorem ſcientiā ſibi datā. ⁋ Secūdo propter maiorē rebellionē: maior enī fuit rebellio ⁊ inobediētia Ade q̄z eue: eo ꝙ plꝰ ſiue prius ei mandatū fuerat: ⁊ per ipſum mulieri. ⁋ Tertio ꝓpter maioris dāni incurſionē. Nam maius dānum ꝓuenit ex peccato Ade q̄z eue. Ait. n. Ric. vbi ſupra q.4. ꝙ ſi ſola mulier peccaſſet ⁊ nō vir homines naſcerētur cū iuſtitia originali nec ſubiecti eſſent morti de neceſſitate: nec penalitatibus qbus in ſtatu miſerie ſubiacemus: quia quāuis mulier miniſtraſſet corruptā materiā: per virtutē tamē ſeminis virilis fuiſſet purgata ⁊ de illis duobus ſeminibus fuiſſet formata caro non corrupta. Sicut videmus ꝙ de cibo non multū ſano: generat nutritiua multum potens: ⁊ bene ordinata: humores puros: ⁊ ſanos: hec autē virtus inſciētie viri nō fuiſſet: ꝑ naturalem potentiā generatiue tantum. Sed ad hoc concurriſſet ſupernaturale adiutorium originalis iuſtitie ⁊ hī ſatiſfaciat pro parte ſecunda huius ſermonis.

⁋ Pars tertia huius ſermonis ī qua declaratur quanta pena fuerit peccatum primoꝝ parentum punitum.

Tertio conſiderandū eſt de punitione peccati primoꝝ parētū. ex quo inflicte ſūt humāe nature. ⁋ Pene comunes hominis ⁊ mulieris. ⁋ Pene pticulares hoīs tm̄. ⁋ Pene pticulares ſiue perſonales mulieris ſolūmodo. ⁋ Prīo dicēdū ē de penis coībus hoīs ⁊ mulieris que ſūt q̄tuor. ⁋ Pria ē vite ꝓuatio. ⁋ Scda ē culpe redargutio. ⁋ Tertia ē verecōdie ꝯfuſio ⁊ ꝯcupiſcētie rebellio. ⁋ Quarta enī ē reſidētie excluſio. ⁋ Pria pena viri q̄z homini inflicta ex pcō primoꝝ parētū eſt cōiter vite priuatio. ſ. mors. Cōcludūt enim omnes theologi in ſecūdo di.29. Q̄ per inobedientiā mors introiuit in mūdū. ⁊ dicit Alexan. vbi ſupra ꝙ lꝫ aliquod aliud peccatū fuerit dignū morte temporali. nullū tm̄ dignū fuit mortis eterne niſi illō vnde dicitur Ro.5. per vnum hominē peccatum in hūc mundū intrauit. ⁊ per peccatum mors. ⁋ Secunda pena cōiter inflicta eſt culpe redargutio vel increpatio vnde dicitur ei gen.3. Ecce adam quaſi vnus ex nobis factus ē ⁊c̄. Que ſunt verba alludentis: Cum enim dicit. Ecce adam loquitur beata trinitas in plurali illudēs ei: ꝙ dyabolus dixerat. ſ. eritis ſicut dij. Sunt etiam verba iudicantis: vnde cum dicit. Ecce adam iudicat tunc qđ nouit per experientiam qđ deus nouit per ſapientiam. Poſtremo ſunt verba increpantis: quaſi increpatiue dicat. Ad hoc factus erat. vt beneficio dei eſſet ſicut deus per adoptionem: ſed miſer hoc perdidit per tranſgreſſionem. ⁋ Tertia pena cōmuniter inflicta ex ſuperbie peccato primoꝝ parentū ē verecūdie cōfuſio: ⁊ ꝯcupiſcētie rebellio. vnđ ibidē dr̄. ⁊ aperti ſunt oculi eoꝝ ⁊ cognouerūt ꝙ nudi eſſent ſuper qbus verbis dicit Aug. xj. ſup gen. ad litterā: Nō ē credēdū ꝙ primi parētes eēnt ꝓducti clauſis ocul' ꝑcipue cū de muliere dicat ꝙ vidit lignū ꝙ eſſet pulchꝛū ⁊ bonū ad veſcendū. Sed aperti ſunt oculi eoꝝ ad aliqđ intuendum ⁊ cogitandū qđ antea nunq̄z aduerterant ⁊c̄. hⁱ ille. ⁋ Quarta pena fuit reſidentie

exclusio. Nam statim post peccatuz perpe
tratum e paradiso pelluntur. Geñ. tertio
emisit eum de paradiso voluptatis. qui q
dē locus: q̄zuis non seruiat homini ad vsū
eo q inaccessibilis sit: seruit tamē ad docu
mentuz: ꝛ hoc dupliciter. ¶ Primo vt co
gnoscat propter peccatū se tali loco eē pri
uatum. ¶ Secundo dum per ea que in pa
radiso isto sunt corporalr instruit de his
que pertinent ad paradisum celestez: quo
aditus homini preparatur per christum.
¶ Secūdo dicendū est de penis homini
particulariter illatis q̄ sunt tres. s. ¶ Ter
re sterilitas. ¶ Culture anxietas. ¶ An
gustie acerbitas. ¶ Prima fuit terre ste
rilitas. vnde dr̄ eis geñ. 3. Maledicta ter
ra in oper̄ tuo. Nā terra ex se nō peccauit
ꝛ iō ex se nō maledicit̄ sed in opere homi
nis ad ostendendū q sicut in hoīe fuit pec
catum non solū ex pte voluntatis sed ope
ris: ita terra ē in penam hoīs ordinata p
pter peccatū. Et ideo dr̄. maledicta. t. in. o.
tuo: que nō gratis pascet te: sicut ante pec
catū fecisset: sed nec semp ex equo labori
bus tuis respondebit: quia vt dicit Aug.
homo colendo quasi interrogat plantam
terre: quid cōmodi intus habeat. ꝛ planta
ei rñdet cum fructū exhibet. Strabus ve
ro super hoc ait. Terra maledicit̄ nō ad. s:
vt cūcti pter quos hec scripta sunt terr̄
rentur ne similia facientes pena simili ple
cterent̄. ipse vero Caym qui prime puari
catiōi addidit fratricidiū maledicit̄ cum
dr̄. ma. e. s. t. Grego. vero dicit deus male
dicit homini peccati ꝛ hō maledicere pro
hibet̄. sed maledictū duobus modis dicit̄.
Aliud ꝛc. aliud probatur. aliud improbat̄.
aliud enim est ex iudicio iusticie. aliud ex
liuore vindicte. Maledictuz iudicio iusti
cie ē maledicta terra in opere tuo. maledi
ctū vero quod fit liuore vindicte phibet̄
nolite. maledicere: ꝛ iterū maledici regnū
dei non possidebunt. ¶ Secūda penitētia
specialiter inflicta homini fuit culture an
xietas. vnde dicitur ei geñ. 3. In labore co
medes cunctis diebus vite tue. i. laboran
do victum acquires. Nam hec pena labo
ris in colendo terraz omnibus est cōis q
patet: quia nullus ē: qui ex terra comedat
nisi precedente labore vel in se vel in alio
cōtemplatiui ēt comedunt ex ea vel ex la
boribus: quos habēt in vita actiua vel ex
laboribus qui habētur ab alijs ita q vita
corporalis semper est cum labore. ¶ Nō
si dicatur illud quod introdutū ē ante pec
catum non fuit in penaz peccati. sed labor
s. operandi colendi ꝛ custodiendi paradisū
fuit introductus in statu innocentie ita di
citur geñ. 6o. c. Tullit dñs deus hominem
quem creauit ꝛ posuit eum in terra volu
ptatis: vt operaretur ꝛ custodiret illam.
ergo videtur q labor culture ꝛ custodie
non sit in penam peccati. ¶ Respōdeo se
cunduz Augu. super geñ. ad litteram: q li
cet homo sit positus in paradiso vt opera
retur ꝛ custodiret illum tamē illa agricul
tura ꝛ custodia nō erat homini laboriosa
ante peccatum. vnde subdit Augusti. ibi
dem. Quicquid ergo deliciarum habeat
agricultura tunc itaqz longe amplius
erant quando nihil accidebat aduersi vel
terre vel celo: non erat eni laboris afflictō
sed exhillaratio voluptatis: cum ea que d
us creauerat humani operis adiutorio le
tius veratiusqz puenirēt. hec ille. ¶ Qui
do ergo dicitur posuit eum in paradiso vt
operaretur ꝛc. quia non videtur ibi fuisse
necesse poni quicq̄z ad custodiaz: quia nul
lus inuasor intuebitur nullus fur: sed nec
bestie quia cuncte homini erant subiecte.
ergo non opus fuit vt aliquis illum custo
diret. ¶ Ad hoc respondet Augustinus
vbi supra: ꝛ tho. in prima parte. q. cij. ar. 3:
Et Alexander in secūda parte in tractatu
de creatione hominis q accepit preceptū
vt custodiret sibiipsi paradisum ne pec
cando perderet illum: quo custodito inde
non proiceretur. ¶ Tertia pena inflicta

homini ex peccato ex parte corporis fuit
puncture acerbitas. vnde dicit gen. tertio
Spinas ⁊ tribulos germinabit tibi. Qđ
verbum exponit tribus modis. ¶ Prio
ad būnum secundū Rabanū sic. Spine an
tea erant sed nō vt laborem homini infer
rent: cui post peccatum ad laborem ⁊ affli
ctionem fuerūt sicut serpentes: ⁊ quecūqꝫ
noxia ante peccatū erant innoxia. Et san.
Augu. sup gen. ad litteram ita dicit. Sic
spinas ⁊ tribulos terra germinasset: etiā si
homo nō peccasset: in cibuꝫ animaliū non
autē in hominis penā. ¶ Secūdo modo
exponitur spiritualiter sic. Spine ⁊ tribu
li significant punctiōes peccatorum que
ex mūdo vel ex carne proueniunt. ¶ Ter
tio modo exponit secundū glosam ibideꝫ
sic. Spinas. s. tortuosarū questionū. ⁊ tribu
los. i. cogitationes de sollicitudine nimia
prouisionis humane vite germinabit ⁊c.
¶ Tertio videndū ē de penis particula
ribus illatis mulieri ex supbie eius pecca
to que sunt tres. ¶ Pria fuit pena labo
ris in portando. ¶ Secūda fuit pena dolo
ris in pariendo. ¶ Tertia fuit pena serui
tutis in obsequēdo. ¶ Pria dico fuit pena
laboris in portādo. s. prolē ⁊ fetum i vtero
cōceptū. vnde illi dicit dñs gen. 3. c. Mul
tiplicabo erūnas tuas ⁊c. Naꝫ multitudo
conceptuū inducitur in penā mulieri non
ppter procreationē ipsam: q2 fuisset ēt an
peccatū ſ ppter multiplicationē afflictio
num quas mulier patitur ex eo ꝙ diu por
tat fetū conceptum: signanter ergo dicit
Multiplicabo erūnas tuas. i. afflictiōes
⁊ dolores suspiria ⁊ gemit9: vt citius sene
scas ⁊ moriaris. Nā mulier fetosa citius
senescit ⁊ morit. ¶ Secūda pena mulieri
inflicta fuit pena doloris in pariendo. vñ
dixit ei gen. tertio. In dolore paries filios
Omnis enī mulier que cōcipit in peccato
erūnas ⁊ angustias pati op9 habet: ⁊ cum
dolore parit. sola ergo virgo mater dñi q2
sine corruptione cōcepit: sine labore porta
uit sine dolorē peperit: q2 eius cōceptus
nō fuit ſm legē nature: a parentibus deri
uate. Si autē mulier nō concipit patitur
sterilitatē que preponderat predictis pe
nis. ¶ Tertia pena iflicta mulieri fuit pe
na seruitutis in obsequēdo vñ dr gen. ter
tio ad illā. In ptāte viri eris et ipse dñā
bitur tui: Nam ex parte anime paritateꝫ
hꝫ cum viro ⁊ quantū ad aīam nemo subi
citur alteri nisi soli deo. Sed ex parte cor
poris mulier ē subiecta viro. ⁊ hoc ad pe
nam mulieris ē introductū: non solū quan
tum ad regimen. q2 etiaꝫ ante peccatū vir
fuisset caput mulieris: q2 ei9 gubernator
extitisset sed prout mulier cōtra ppriam
voluntatē necesse hꝫ volūtati viri parere.
Ita ꝙ ante peccatū mulieris subiectio ad
viꝝ erat ex reuerētia: ⁊ dilectiōe: post pec
catū vero ei9 subiectio ē ex timore. Sunt
⁊ alie seruitutes introducte in mundū pro
pter peccatū de qbus q2 plura in tractatu
de obediētia habētur hic pertrāseundū ē.
De punitiōe autē peccati primi parentis
loqtur Augu. li. 14. de ci. dei. c. 14. di. Quia
ergo contēptus est deus iubens: q creaue
rat qui ad suā imaginē fecerat: q ceteris
aīalibus preposuerat qui in paradiso cōsti
tuerat: qui oīum reꝝ copiam salutisqꝫ pre
stiterat q preceptis: nec pluribus nec grā
dibus nec difficilibus onerauerat: ſ i vno
breuissimo atqꝫ leuissimo obediētie admi
niculauerat quo ei creature cui libera ser
uit9 expediret se esse deū comonebat iu
sta dānatio subsequta ē. talisqꝫ dānatio vt
hō q custodiēdo mandatū: futurus erat ēt
carne spiritalis fieret in mente carnalis. ⁊
q supbia sibi placuerat: dei iusticia sibi do
naretur: nec sicut dñs in sua esset oīmodis
ptāte: sed a se quoqꝫ disentientes. sub illo
qui peccādo consensit: pro libertate quā cō
cupiuit durā miserāqꝫ ageret seruitutem
mortu9 spiritu volēs: moriturusqꝫ corpore
inuit9 desertor eterne vite etiā eterna ver
bi gratia liberaret morte damnat9. Quis

quis huiusmodi dānationē vel nimiā vel iniustā putat metiri ꝑfecto nescit quanta fuerit iniqtas in peccando vbi tanta erat nō peccandi facilitas. Sicut eni abrae non inmerito magis obediētia ꝓdicat: qui vt occideret filium res difficilima est impata. Ita in paradiso tanto maior inobediētia fuit. quāto id qḋ est peccatū nullius diffi cultatis fuit. Et sicut obediētia secūdi hois eo predicabilior ē quo factus ē obediens vsqȝ ad morte: ita inobediētia primi hois tāto detestabilior ē quo fact⁹ ē inobediēs vsqȝ ad mortē. vbi eni magna ē inobedien tie pena ꝓposita ⁊ res a creatore facilis imperata: quis nō explicet quantū maluȝ est nō obedire in re facili ⁊ tante potesta tis imperio ⁊ tanto terrēti supplicio? deniqȝ vt breuiter dicam nullius peccati pena qḋ inobediētie nisi inobedientia retribu ta est? Nam que hois est alia miseria nisi aduersus eum inobediētia ipsius vt quo niā noluit qḋ potuit qḋ non potest velit? In paradiso eni etiā si non oia poterat an te peccatū quicqḋ tamē poterat non vole bat ⁊ ideo poterat oia que volebat. Nunc vero sicut in eius stirpe cognoscimus ⁊ di uina scriptura testatur. hō vanitati silis factus est. Quis eniȝ enumeret q̄ȝ multa: que nō pōt vellit dū sibi ipse .i. volūtati ei⁹ ipse ei⁹ aius eoqȝ inferior caro eius nō ob tempat? Ipso nāqȝ inuito ⁊ aius plerūqȝ turbatur ⁊ caro dolet ⁊ veterascit ⁊ morit ⁊ quicqḋ patitur qḋ nō pateremur inuiti si volūtati nr̄e nr̄a natura ois atqȝ ex om nibus partibus obediret. hec ille. Dei igit obedientiā fratres charissimi ⁊ caritatem ꝓsequendā nobis ē. illius etenim mādata ꝑficiēdo: quē primi nr̄i parentes inocentie statū supbia amiserūt dei statuta transgre dientes obediēdo: seseqȝ diuine ptāti colla subdendo repare ac i meli⁹ mutare possu mus longeqȝ gloriā maiorē nobis valem⁹ vendicare q̄ȝ tūc tali ꝑfecto statui tribuen da erat quā concedat nobis dn̄s Iesus: q cū pr̄e ⁊ spū. s. regnat i secula seculoꝝ. Amē.

¶ Feria quarta cineꝝ de punitione super bie: ceterorum quorūcunqȝ alioꝝ hominū sermo. 18.

Nolite fieri sicut hypo crite tristes. Scribun tur hec verba. Mat. 6. c. ⁊ in euāgelio occurrē tis fer. Supbie impiū simuȝ sceleratissimūqȝ vitiū adeo mortifeꝝ ē. fratres charissimi. vt ēt cetera bōa sui cō tagiōe polluat inaniaqȝ reddat cuncta bo na que admixta supbia fiunt: bona ē eqdē oratio bone elymosine. bonū ieiuniū: bona sunt queuis pietatis opa: veꝝ si inanis fue rit glīa adiuncta: nō mō h oia bona sed ꝑ sepe noxia erunt: ac reputabuntur. nec du bium semꝑ cum supbia illa deturpari ⁊ in fici. ob quā rē hortat nos dn̄s in verbis ꝓ positis hāc a nobis expellere superbiam di. Nolite fieri sicut ⁊c. querēt. vȝ ab hoib⁹ laudē in opibus suis: ⁊ sup se diuinū ꝓuo cant iudiciū sicut angeli i paradiso fecere vt in superioribus audistis ⁊ primi nostri parentes in paradiso: qui omnes quanta quāqȝ seuera plexi sunt vindicta iam dixi mus. bonum est ergo vt ait Seneca alie na mala fugienda intueri i ruina preceden tium posteros docet ⁊ cautior semper est in reliquum lapsus anterior. h ille. Audi mus iccirco: ⁊ superbie quāplurimorum: aliorum hominū punitionē. Quidam eniȝ sapiens dixit Alexandro magno. Quid tu ignoras arbores magnas diu crescere vna exturpari hora. Stultus est qui fru ctus earum spectat altitudinem non me tuit. vide ne dum ad cacumen venire con tendis in ipsis ramis quos comprehende ris decidas. h ille. ¶ De punitiōe igit su perbie ceterorum hominuȝ. tres impresen tiarum occurrunt considerationes.

¶ Prima quarū dicitur Oditio . ¶ Se
cūda cōminatio. ¶ Tertia quoq̄ deiectio.

¶ Pars prima hui⁹ sermonis in qua de
claratur: quomodo deus sūme odio hab3
superbiam .

PRimo igitur notandū est circa pri
mā partē que dicitur Oditio: ꝙ ⁊
si deus odio peccatores habeat oēs super
ceteros tamē ⁊ principaliter sup̄bos odio
habet . ¶ Primo ꝙ de⁹ peccatores odio
habeat ꝓbatur per scripturas sacras: Nā
propheta dauid loquit᷑ ad dn̄m dicens .
Odisti omnes qui operātur iniquitatem:
⁊ alibi. Iniquos odio habui. ⁊ iterū Perfe
cto. odio oderā illos ⁊ ini. f. s. mihi. ⁊ Sapi
entie. 13. Abhominabilis ē deo. ⁊ impi⁹ . ⁊
impietas eius. ⁊ Ecclesiastici. 12. Altissimus
odio habet peccatores. ⁊ Judith. 5. Deus
illoꝝ odit iniquitatē ⁊ in pluribus alijs lo
cis. Ratio autē huius ē talis. 8. ethicoꝝ
dicit᷑ . Qd̄ similitudo ē causa dilectiōis ⁊ Sa
piētie. 13. Omne simile diligit sibi simile. ⁊
cū igitur contrariorū contrarie sint cause
secūdo de ge. sequit᷑ ꝙ dissimilitudo sit cā
odij. Modo inter aiam ⁊ deum maxima
est dissimilitudo: cū velit de⁹ preceptoꝝ ob
seruantiā . Si vis ad vitā ingre. s. mādata
Mat. 19. Peccator autē totum oppositū
facit ⁊ inde ē ꝙ oritur maxima inimicitia
inter eos. ¶ Ad quorum dictorum clario
rem noticiam dicit Bo. in primo di . Qd̄
duplex est voluntas dei. s. voluntas bene
placiti. s. ipse deus: ⁊ voluntas signi: que
dat aliquem effectum creatū. Cum ergo
dicitur ꝙ aliquis est inimicus dei: quia ad
uersatur voluntati sue. vt dictum ē supra
hoc non intendit᷑ ꝙ aduersetur voluntati
beneplaciti cui null⁹ potest resistere imo
semper impletur vel ab homine: vel d̄ ho
mine. Sed hoc dicitur quantū ad volunta
tem signi: quia cum precipiat vnū homo
peccator facit contrarium ⁊ ita deo aduer
satur ⁊ talem hominem qui sic aduersatur
deo deus odit: nō affectu: ⁊ repugnantia
voluntatis sed effectu punitionis: ⁊ ideo
omni die maledicit peccatoribus: ⁊ facit
in ecclesia sua maledicere dicendo . Ma
ledicti qui declinant a mandatis tuis .
Immo deum non decet relinquere pecca
tum impunitum: Unde dicit Anselmus
in libro cur deus homo primo. c. 12. Pec
catum non recte ordinatur nisi in pena.
Unde si peccatum non punitur: inordina
tum dimittitur. deum autem non decet ali
qd inordinatum in suo regno relinquere: ⁊
si peccatum remaneret impunitum: tunc
liberior esset ipsa iniustitia q̄3 iustitia. h᷑ il
le. Dico amplius: quia impossibile est esse
dedecus culpe sine decore iusticie vnde
Augu. libro tertio de li. arbitrio. c. dicit
Uniuersalis pulchritudo nec puncto tem
poris temperatur: vt sit ei ea dedecus pec
cati sine decore vindicte sed in futurum iu
dicium seruatur: ad manifestationē atq̄3
acerrimum sensum: quicquid nunc occul
tissime iudicatur. Sicut enī qui non vigi
lat dormit sic quisquis non qd̄ debet sine
interuallo patitur qd̄ debet. h᷑ ille . Ecce
ergo quantum odit deus peccatum. Nam
cum ipse deus creaturas suas diligat ⁊ nō
aliquā quantūcunq̄3 vilissimam odio ha
beat iuxta illud sapientie. xi. Nihil odisti
eorum que fecisti: tamen si quisquā licet
magnus: ⁊ nobilis cum peccato mortali
decideret licet illum antea nimium dile
xisset. tamen omnino illum dānaret sicut
demonstratum est in iuda qui licet fuisset
domino familiaris ⁊ a deo amaretur vt
illum in numero duodecim apostolorum
suorum ellegerit . vnde ex proditione con
querebatur di . Qui edebat panes meos
ampliauit super me supplantationes: ta
men quia cum peccato mortali desperatio
nis periJt sepultus est in profundo inferni
qd̄ ⁊ Petro euenisset nisi de negatione pe
nitentiā egisset . ¶ Secūdo ꝙ deus inter
cetera maxime peccatū sup̄bie odiat ꝓbat᷑

per diuinas paginas. Nam Amos.6.dicit dñs exercituū detestoꝛ ego supbiā iacob Et prouer. 8. Arrogantiā ⁊ superbiā ⁊ viā prauā ⁊ os bilingue detestoꝛ ⁊ eccliastici x. Odibilis ē corā deo.⁊ hoibus superbia ⁊ eccliastici.25.Tres species odiunt anima mea:⁊ aggrauoꝛ valde aie coꝝ. Pauperē superbū ⁊ diuitē mendacē ⁊ senem fatuū ⁊ insensatum. Ois homo pauper dicitur: qꝛ oia que habet a deo ⁊ non a seipso hꝫ. Nō autē quaꝛ deus odit superbos est:qꝛ vt dictum ē supra ipsi deo nolūt subesse cui merito subici debet ois creatura:imo omnes creature diuino imperio subduntur dūtaxat exceptis superbis. Insup ⁊ ipsi qđ dei ē sibi ascribere ambiunt ⁊ querunt. vnde Augu.libro.4.de doc.xpiana.c.3.dicit.Superbe aie est longe a se facere deū:non locorum spatio:ſꝫ mentis affectu. Ipse anie appetit⁹ ē sub se hēre alīs aias:ñ peccoꝝ; qđ diuino iure concessum ē. Sed rationaleo.i.primas suas. ⁊ sub eadē lege socios atqꝫ consortes:de his autē appetit anima supba operari:⁊ tāto excelsioꝛ videre hec actio qꝫ illa:que de corporib⁹ est:qꝫ anima oī corpore ē melioꝛ: Sꝫ operari de aīab⁹ non rōnabilibus:nō per corpus sed per se ipsum de⁹ solus pōt:peccatoꝝ tamen cōditione fit vt permittantur aie de aiabus aliqd agere. Et subdit ibidē Jure secutum est vt aie que superbia ceteris excellere cupierant nec suis corporib⁹ ⁊ partibus sine difficultate ⁊ doloꝛib⁹ īperarēt.⁊ libro 83.questionū.q.78. Idem dicit. Quanto aia humana deserto deo.suis honoꝛibus ⁊ potestatibus fuerit delectata:tāto magis subditur talib⁹ ptātibus que priuato suo iure gaudent: ⁊ honorari ab hominibus sicut dij cupiunt: quibus diuina lege conceditur sepe vt eos quos sibi secunduꝫ eoruꝫ merita subiugauerūt priuato illo iure erūt miraculorum aliquid prestent in his rebus exhibendoꝝ quibus sunt in infimo ħ ille.⁊ sic pꝫ pars pria huius sermonis.

¶ Pars secunda huius sermonis in qua declaratur quāta fiat per scripturas cōtra superbiam cōminatio.

Secunda cōsideratio dr Cōminatio quia.s.de⁹ plurimū cōminatur supbis quos odit:qđ pꝫ per scripturas sacras sic discurrendo.videlicet.

¶ Si ascenderit vsqꝫ ad celos supbia ei⁹ ⁊ caput ei⁹ nubes tetigerit :quasi sterquilinium ī fine perdetur.scribit. Job.20.

¶ Disperge supbos in furore tuo:⁊ respiciens omnē arrogantēꝫ humilia. Job.40.

¶ Omne sublime videt ipse ē rex super oēs filios supbie.s.deus. Job.41.c.

¶ Quid nobis pfuit supbia: aut quid diuitiaꝝ iactantia cōtulit vobis Sap.5.

¶ Quid supbis terra ⁊ cinis. Eccliasti.x.

¶ Dies dñi exercituū sup omnē superbū ⁊ excelsum :⁊ sup omnē arrogantē ⁊ humiliabitur. Isa.20.c.

¶ Incuruabitur vir ⁊ humiliabitur hō.⁊ oculi sublimiū deprimētur. Isa.5.

¶ Excelsi statura succidetur. ⁊ sublimes humiliabuntur Isa.x.c.

¶ Ve qui attrahit iniquitatē in funiculis vanitatis. ⁊ quasi vinculum plaustri peccatum ibidem

¶ Requiescere faciam superbiā infideliū ⁊ arrogantiā fortium humiliabo. Isa.13.

¶ Dominꝰ exercituū cogitauit vt detraheret supbiam ois glie:⁊ ad ignoiaꝫ duceret omnes inclitos terre Isa.13.

¶ Ve corone supbie qꝛ pedibus conculcabitur corona supbie.s.p iudiciū dei. Isa.28.

¶ Quiescere faciam superbiam potentium. Eze.7.

¶ Ecce ego ad te superbe.dicit dñs exercituū:quia venit dies tuus:tempus visitationis tue:⁊ cadet superbus corruet:⁊ non erit qui suscipiat eum. Jere.50.

¶ Ecce dies veniet succensa sicut camin⁹:⁊ erunt oēs superbi ⁊ oēs facientes impietatem sicut stipula:⁊ inflamabit eos dies veniēs:dicit dñs exercituū:q nō relinquet

eis radicem: ꝛ germen Malachi.4.
¶ Superbia cordis tui extulit te habitantem in scissuris petrarum: exaltantem solium tuum qui dicis in corde tuo quis detrahet me in terrã. Si exaltatus fueris vt aquila: ꝛ si inter sydera posueris niduꝫ tuũ inde d̄trahã te dicit dñs. Abdie p͠rio.
¶ Retribuet abundanter facientibus superbiam Ps.30.
¶ Quis igitur non timebit in tot cõminationibus tam terribilibus. O superbi ſflati corde humiliamini sub potenti manu dei: vt vos improuisos non preueniat ꝛ irruat super vos ira ꝛ idignatio eius. Et sic p; pars 2a huius sermonis.

¶ Pars tertia huius sermõis in qua ponuntur exempla multorum propter superbiam dispersorum ꝛ deiectorum.

TErtia consideratio: que dicitur deiectio declaranda est. Ideo hic dico ꝙ per exempla patet q̃ꝫta fuerit semp superborum deiectio ꝛ dispersio de quib⁹ Eccle.10. dicitur. Sedes ducum superborũ destruxit dñs: sedere fecit mittes pro eis. radices gentium superbarum arefecit deus: ꝛ plantauit humiles ex ipsis gentib⁹ terras gentium euertit dñs: ꝛ perdidit deus memoriam superborum: ꝛ reliquit memoriam humilium sensu. hec ibi. Multa sunt exẽpla perlucidissima de quibus septem subinferemus. ¶ Primum exemplũ est in Saule: qui cum humilis esset in regem sublimatus est. 1. Re.15. vbi dicitur. Nõne cum paruulus esses in oculis tuis: caput in tribub⁹ israel factus es? Postq̃ꝫ autem superbiuit a regno deiectus est. Ideo dixit ei Samuel post predicta verba. Quia proiecisti sermones domini proiecit te dñs ne sis rex in israel. Ipse Saul etiam cum a spiritu maligno vexaretur: ꝛ non poterat ad sane mentis officium peruenire. 1. Re.16. de pe. distin. 1. §. deniq; ꝛc.

¶ Secundum exempluꝫ est de Senacherib. De cuius superbia legitur Isa.37. Superbia tua ascendit in aures meas: ponaꝫ ergo circulum in naribus tuis. ꝛ frenum in labijs tuis: ꝛ reducam te in viam per quam venisti. Et.23.q.5.§. hinc notanduꝫ. dicitur de ei⁹ superbia. virga furoris mei Assur ipse auteꝫ non cognouit Assur fuit virga furoris domini: quia per eum innumeras gentes diuina iusticie flagellare disposuit ipse vero non cognouit: quia in superbiam ellatus victoriam quã assecutus fuerat non diuine potentie: sed suis virib⁹ ascripsit. hec ibi. Et de eius deiectione dicitur Isa. vbi supra. Egresus autem angelus dñi percussit in castris assiriorum.185. millia hominum. ꝛ in terram suam reuersus est Senacherib rex assiriorũ: ꝛ cũ adoraret in templo deũ suuꝫ filij eius percusserunt eum gladio. ¶ Tertium exemplum est in Nabucodonosor: de cuius sup͠bia legitur Dañ.4.ꝛ.17.q.4.c. miror.23.q.4.c. Nabucodonosor ꝛ.§. dicto hinc nouũ Et de pe. di.1.§. Quamobrem. Quod cuꝫ dñs diceret quid dabo ei pro labore quo seruiuit mihi apud tyrum. statim subiunxit. da ei datam prouinciam scilicet egiptũ ꝛ ethyopiam. Cum autem in corde suo postea diceret superbiens. Nõ ne hec est babilon ciuitas magna: quam ego edificaui in domum regni in robore fortitudinis mee: ꝛ in gloria decoris mei. Et sic se ellevabat in superbiam ꝛ non dabat gloriam deo: ꝛ ideo de eius deiectione sequitur ibidem Regnum tuum transijt a te ꝛ ab hominibus eijcient te. ꝛ cum bestijs erit habitatio tua. Fenum quasi bos comedes: ꝛ septem tempora mutabuntur super te. donec scias ꝙ dominetur excelsus in regno hominum. hec ibi. Et de eius deiectione dicitur. Quando ellevatum est cor eius ꝛ spiritus obfirmatus est ad superbiam depositus est de solio regni sui: ꝛ gloria ablata est a filijs hominum. ¶ Quartum exemplum ē

de holoferne ⁊ exercitu cui preerat de cu
ius superbia legitur Judith.6. Factū est
autem cū cessasset loqui. Achior indigna
tus Holofernes dixit ad eum: Quoniam
prophetasti nobis di. q gēs Israel defen
satur a deo: vt ostendā tibi quia non est
deus nisi Nabuchodonosor: Cum percus
serimus eos quasi hominem vnum: tunc
⁊ ipse cum eis assiriorū gladio interibis.
De superbia vero exercitus sic legitur.
Judith.xiij. Excitate illū. quoniā mures
egressi sunt de cauernis suis ausi sūt nos
prouocare ad prelium. pre magnitudine
enim superbie sue iudeos mures appella
bant ⁊ reputabant. De deiectōne vero eo
rum habetur Judith.xv. Cū omnis exer
citus decollatum Holofernē audisset fu
git mens ⁊ consilium ab eis solo timore ⁊
metu agitati: fuge presidium sumunt. ita
vt nullus loqueretur cum proximo suo. vi
de ibi historiam quia quam pulchra est.
¶ Huius simile habetur. Regum ter
tij vigesimosecundo capitulo. quando rex
Israel dixit ad Josaphat. de Michea.
Ego odi eum quia mihi nō nisi malū pro
phetat ⁊ tandem eo prophetante q si iret
occideretur noluit acquiescere sed fecit eū
incarcerari ⁊ iuit ad prelium superbe pre
sumens ⁊ sic occisus est. vide ibi hystoriā
plenius. ¶ Quintum exemplum est de
Amā de cuius superbia legitur Hester.4.
Cum vidisset Mardocheum sedentē an
te fores pallatij ⁊ non assurexisse sibi: sed
nec motum quidē de loco suo indignatus
est valde. ⁊c. De eius autem deiectione le
gitur in fine capituli. Suspensus est itaq
Aman in patibulo: quod parauerat Mar
docheo. ¶ Sextum exemplum est de an
tiocho de quo legitur.2. Mach.9. Quod
superbe locutus est di. venturum se ierlē
⁊ congeriem sepulchri iudeorum eam fa
cturum: Sed qui vniuersa conspicit deus
israel percussit eum insanabili plaga. Nā
vt finiuit hunc sermonem apprehendit

eum dolor durus viscerum: ⁊ amara inte
stinorum tormenta: ⁊ nec sic cessauit a sua
malicia. Super hoc malicia repletus ignē
spirans animo in iudeos ⁊ precipiens ac
cellerari negocium contigit illum impetu
euntem de curru cadere: ⁊ graui corporis
collissione membra vexari: qui sibi vide
batur fluctibus maris imparare supra hu
manum modum superbia repletus: ⁊ mon
tium altitudines in statera eleuatus nūc
humiliatus ad terram in gestatorio porta
batur: manifestam dei virtutem in seipso
contestans. ita vt de corpore eius vermes
scaturirent ac viuentes in doloribus car
nes eius effluerent: ⁊ fetore eius aggraua
retur exercitus: ⁊ qui paulo ante celi syde
ra contingere arbitrabatur cum nemo po
terat propter nimium fetorem supportarē.
hinc ergo cepit ex graui superbia dedu
ctus ad agnitionem sui deuenire. diuina
admonitus plaga: ⁊ sic tandem in tali mi
seria vitam finiuit. ¶ Septimum ⁊ vlti
mum exemplum sacre scripture est in iu
daico populo qui pre superbia: populum
gentilem reputabat quasi stillam situle.
Et tamen dominus populum gentilē po
pulo iudaico superbo pretulit. vnde ipsi in
flati superbia iudei dicebant de populo gē
tili. Ecce gens. quasi stillā situlle: ⁊ quasi
momentum statere reputate sunt. Isa.xl.
dominus ex hoc iudaicum populum relin
quens: elegit gentilem. Ecce septem sacre
scripture exempla quibus ostenditur di
spersio punitioq superborum. ¶ Sed eti
am quāplura sunt gentilium exempla: sz de
multis aliqua refferamus. ¶ Legitur
enim in historia tripartita li.4. Quod Sa
bor rex persarum cum romanos superasset
Imperatorem romanum Valerium chri
stianorum persecutorem captum dū equū
ascendere vellet: cum sub pedibus suis cō
culcabat: Cūq obsiderē in anthiochia po
pulum christianum ⁊ precipitatus ab eo
muris ciuitatis precibus Jacobi dicte vr

bis episcopi subito diuino miraculo repa
ratus fuit: nec sic destitit: sed contra deum
superbiuit: ⁊ statim e flumine nebula exa
lauit: que immisit in eius exercituꝫ culices
⁊ cynifices: que intrantes in nares equo
rum ⁊ elephantum ⁊ aures ⁊ nares homi
num totum illum superbum exercitum di
sipauerunt ⁊ fugauerunt. ¶ Legitur quo
qꝫ in exaltatione sancte crucis de Cosdra
rege. qui tanq̄ꝫ deus voluit adorari. Nam
super celum manufactuꝫ in quo erant sol
luna ⁊ stelle auree morabatur. vnde cum
currus mouebatur tonitruuꝫ facere vide
batur: ⁊ per quasdam fistulas pluere men
tiebatur. residebat autem in solio de la
pidibus preciosis manufacto: ⁊ iuxta se ga
lum qui dicebatur spiritus sanctus ⁊ cru
cem tanq̄ꝫ filium collocauerat. Sed de eiꝰ
deiectione ibidem legitur. ꝙ contra eum
venit humilis Eraclius Imperator: qui
ipsum interfecit: ⁊ omnia abstulit ⁊c. ibi.
¶ Legitur quoqꝫ in historia britonum.
Quod temporibus helie regnauit in bri
tania maiore balduc qui adeo studuit i ar
te nigromantie ꝙ in arte illa peritissimū
se videns velle volare presumpsit. Nam
positis alis cepit volare cunctis admiran
tibus cum multum in altum se ellevasset
cecidit supra templum appolinis. ⁊ ita per
frusta comminutus est. ¶ Legitur etiam
de quodam rege superbissimo qui etiam
deum non timere cepit cum a suo capella
no persepe audiret versiculum illum. de
posuit potentes de sede. ei imperauit ne
deinceps auderet proferre versiculum il
lum: di. ꝙ nec deus posset eum deponere
de solio suo. Et iudicio dei factuꝫ est vt no
ctu dum rex dormiret summo dilucullo an
gelus domini assumpsit regia vestimen
ta: ⁊ conuocatis omnibus militibus exi
uit: ⁊ rex surgens cum pannis vilibus re
gia vestimenta querebat: ⁊ suos milites:
⁊ non inueniebat: ⁊ clamabat ego sum rex
⁊ omnes ceperūt eum deridere: ⁊ stultus
reputabatur: immo ⁊ ab aliquibus quos
ipse equites fecerat est percussus: ⁊ sic
mansit confusus quo ad vsqꝫ se humilia
uit ⁊ cetera. ¶ Legitur etiam de herode
Agrippa qui Jacobum interfecit in libro
secundo ecclesiastice historie. ⁊ in decimo
nono libro antiquitatum Josephi ꝙ cum
regnasset tribus annis super iudeos: ve
nit cesariam ciuitatem que primitus tur
ris stratonis dicebatur vbi in honorem
Cesaris spectacula ciuibus edidit: ad
quam festiuitatem fere omnes proceres
nobiles: ⁊ populi conuenerunt. secunda ve
ro die indutus veste fulgenti: auro argen
toqꝫ contexta: et sic processit ad theatrum
vbi cum primos solis radios argentee ve
stis gremio suscepisset repercusso splendo
re: duplicatam spectantibus lucem appa
ruit ita vt intuentibus perstringeret aci
em: ⁊ per hoc plus aliquid de eo: q̄ꝫ hu
mane nature est artifex arogantia menti
retur. Illico ergo vulgi cōcrepant voces:
honores sonantes: hinc atqꝫ illinc deus
acclamatur. dicebant ergo hucusqꝫ te ho
minem timuimus: sed nūc iam te aliquid
super naturam esse humanam fatemur.
Quorum acclamationibus ellatus in su
perbiam cepit alta de se sentire. Post
paululum mortiferam in corde passio
nem suscipiens: vehementi etiam dolore
vteri percussus est: respiciensqꝫ suos
amicos dicens. En ego videtur deus du
cor ad mortem: ⁊ crescente dolore ad pro
pria reportatus est cuꝫ festinatione taliqꝫ
agitatus cruciatu continuo post quinqꝫ
dies vita finitus est. ¶ Legitur etiam de
Herode ascolonita de quo sic scribit Euse
bius loco primo Ecclesiastice hysto. ꝙ eo
tempore quo Salomon Natus est. Hero
des primus ex aliemgenarum genere or
tus regnum iudaice gentis optinuit: ⁊ in
ipso adimpletur prophia ꝙ nec deficeret

princeps de iuda nec dux de femore eius
donec veniat &c. Hic autem herodes secū
dum ea que Josephus tradit ex ydumeo
rum gente paternum genus: et ex arabum
maternū traxit: qui a romanis iudeorum
regnum sibi concedi petijt: in quo cū esset
subleuatus mox i superbiam erupit et iu
deis plura mala intulit. Post multa au
tem eius scelera vt dicit Josephus in secū
do et 17 li. antiquitatum omne eius corpus
morbus corripiens e diuerso eum sibimet
corruptibile iudicabat. Febris namqz in
parte lenta vexabat: prurigo ex alia par
te intollerabilis: per omnem corporis dif
fusa superficiem. Colli quoqz creberrimus
dolor: pedes ydropis obsederat: tumor vē
trem verenda corrupta putredine: scaten
tia vermibus horrescebant: vt etiam ab il
lius natis diceretur hic non esse morbus
sed dicit vltionis esse supplicia. Qui cum
tot morbis ac feralibus vrgeretur incen
dijs tamen adhoc spem viuendi gerens:
de remedijs et medelis cogitabat. deniqz
transacto iordane aquis calidis vtebatur.
visum autem est medicis oleo calido om
ne corpus fouendum esse cumqz depositus
fuisset in huiusmodi fomentum: ita resolu
tus est omnibus membris vt etiam oculi
ex suis sedibus soluerentur reportatur
rex in yericon: et famulorum plantibus ad
monitus vbi salutem iam desperare cepit
furore plenus fertur in execrabile facinus
prorupisse. Nam ex singulis quibuscumqz
vicis et castellis si qui nobiliores et prima
rij erant viri ex omni iudea ad se colligi.
et recludi iubet in loco qui dicitur ydropo
mus Accersita sorore sua Salome et viro
eius nomine Alexa: noui inquit iudeos de
meo interitu gauisuros. Sed potero ha
bere lugentes: et honores exequiales si vos
volueritis meis parere preceptis. hos om
nes quos in custodia haberi iussi vt spiri
tum exalauero mox interficite. Cumqz ad
finem se appropinquare sentiret pomo ac
cepto: quasi illud vellet scindere gladium
postulauit quo accepto seipsum iugulauit.
¶ Postremo legitur de romana gloria si
ue romanorum superbia de quibus loqui
tur Augustinus contra eos scribens librū
de ciuitate dei. Ideo in principio illius sic
dicit ad marcellinum. Gloriosissimam ciui
tatem dei siue in hoc temporum cursu: cū
inter impios peregrinatur ex fide viuēs.
siue in illa stabilitate sedis eterne: quam
nunc expectant per pacientiam: quo ad vs
qz iusticia conuertatur in iudicium. dein
ceps adeptura per excellentiam victoriā
vltimam et pacem perfectam hoc opere ad
te instituto: et mea ad te promissione debi
to defendere aduersus eos qui conditori
deos preferunt. Fili carissime marcelline
suscepi magnum opus et arduum: sed de
us noster adiutor est. Nam scio quibus vi
ribus opus sit: vt persuadeatur superbis.
quanta sit virtus humilitatis qua fit: vt
omnia terrena cacumina temporali mobi
litate nutantia: non humano vsurpata fa
stu sed diuina gratia donata celsitudo trā
scendat. Rex enim et conditor ciuitatis hu
ius de qua loqui instituimus in scriptura
populi sui sententiam diuine legis ape
ruit: qua dictum est deus superbis resistit
hu. autem d. gratiam. hoc quoqz quod dei
est superbe quoqz anime spiritus inflatus
affectat amatqz sibi in laudibus dei. parce
re subiectis: et debellare superbos. vnde
etiam de terrena ciuitate que cū dominari
appetat: et sibi populi seruiant: ipsa ei do
minandi libido dominatur. Non est pre
tereundū silentio: quicquid dicere: suscepti
huius operis ratio postulat. Ex hac scilicz
superbia namqz existunt inimici aduersus
quos defendenda est ciuitas dei. Quorū
tamen multi correcto impietatis errore
ciues in ea fiunt satis idonei. Multi ve
ro in eā tantis exardescunt ignibus odio
rum: tanqz manifestis beneficijs redem
ptoris eius ingrati sunt: vt hodie contra

eam linguas non mouerent nisi ferrum hostile fugientes in sacratis eius locis: vitam de qua superbiunt inuenirent. hec ille. Et subdit ibidem. Illud quod eis vel vbicunqz propter christi nomen: vel in locis christi nomini dicatissimis z amplissimis ac pro largiore misericordia ad capacitatem multitudinis ellectis preter bellorum morem turculenti barbari pepercerunt: hoc temporibus tribuere debuerunt hinc deo gratias agere hinc ad eius nomen veraciter currere: vt effugiant penas ignis eterni. Quod nomen multi eorum mendaciter vsurparunt vt effugerent penas presentis exitij. Nam quos video peculiariter: z procaciter insultare seruis christi sunt in eis plurimi: qui illum interitum clademqz non euasissent nisi seruos christi se esse finxissent. Et nunc ingrata superbia atqz impijssima insania eius nomini resistunt: corde peruerso vt sempiternis ignibus puniantur zc. Romani igitur illi erant qui sibi diuinum timorem volebant vsurpare. Et ideo idem Augustinus in.14. de ci. dei. c. vltimo concludit ad quid deuenerunt propter eorum superbiam di. Fecerunt itaqz duas ciuitates amores duo. Terrenam scilicet. Amor sui vsqz ad contemptum dei. Celestem vero. Amor dei vsqz ad contemptum sui deniqz illa in seipsa. Hec in domino gloriatur. Illa eniz querit ab hominibus gloriam. huic autez deus cōscientie testis maxima est gloria. Illa in gloria sua caput suum. hec dicit domino suo. gloria mea exaltans caput meum. Illi in principib⁹ suis: vel in eis quas subiugat nationibus dominandi libido dominatur. In hac seruiunt inuicem in caritate: z prepositi consulendo: z subditi obtemperando. illa in suis potentatibus diligit virtutem. hec dicit deo suo diligā te domine virtus mea. Ideoqz nulli sapientes secundum hominem viuentes aut corporis aut animi sui bona: aut vtrunqz facti sunt aut qui potuerunt cognoscere deum. Non vt deum honorauerunt aut gratias egerunt sed euanuerunt in cogitationibus suis: z obscuratum est insipiens eorum cor: dicentes se esse sapiētes idest dominante eis superbia: in sua sapientia stulti sunt facti z mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis: z volucrum z quadrupedum z serpentum. Ad huiuscemodi enim simulacra adoranda vel duces populorum vel sectatores fuerunt: z coluerunt atqz seruierunt creature potius q̄z creatori: qui est benedictus in secula seculorum. Unde de romanorum deiectione experiētia clara testatur de quibus etiā dici solet. Roma quanta fuit ipsa ruina docet.

¶ Plurima huiusmodi exempla habentur sed hec sufficiant ad significandum nobis q̄z potenter deus superbos deponat: z deiciat: ad terram. Et sic patet quid dicendum sit de superbie punitione. Fugite igitur carissimi ante omnia superbiam: z amplectimini humilitatem: z caritatem: quia deus solum superbos z peccatores odit z in confussionem mittit. Humilibus autez dat gratiam se diligentibus: vt in eternuz postmodum illius perfrui valeant bonitate z secū in perpetuo regnēt seculo. Amē.

¶ Feria quinta cineruz de quiditate z diuersificatione z signis humilitatis. Sermo nonus.

Domine nō sum dign⁹ vt intres sub tectum meum. Scribūtur hec verba Mathei. viij. c. Et in euangelio occurrentis ferie. Philosophi sententia est fratres in christo carissimi. primo elencorū primo thopicoꝝ p̄io rhetoricoꝝ. Opposita iuxta se posita magis elucescere. ob

quam rem cum quedaz de superbie disper
sione deliberauerimus in superioribus ppul
chre aliqua de humilitate sp dei caritati so
tie impresentiaz describenda sunt. Sicut
enim deus supbos dispergit ⁊ dissipat: sic
semper humiles exaltat ⁊ subleuat. qd eti
am ipsi hoc senserunt phi. vnde aliquando
Chilon phs interrogat vt dicit Laertius
ab esopo poeta. Quid naz ageret iupiter
respon. Ipse alta humiliat humilia vero
exaltat: quam humilitatem amplectens
centurio de quo habemus i hodierno euã
gelio dicebat verba proposita scilicet. Do
mine non suz dignus ⁊c. qui a domino hu
militate illius exigente plurimum lauda
tus est: ac quecunqz petebat obtinuit que
⁊ nos consequemur si cum centurione hu
miles esse voluerimus: quod vt prouoce
mur ⁊ uere humiles esse possumus de hu
militate tria occurrunt dicenda. ¶ Pri
mũ quorum dicitur diffinitio. ¶ Secũdũ
diuersificatio. ¶ Tertium quoqz signatio
siue gradatio.

¶ Pars prima huius sermonis in qua de
claratur quid sit humilitas ⁊ qualis vir
tus sit.

PRimo igitur videndã est humili
tatis diffinitio siue descriptio. vbi
sciendum est ꝙ tripliciter diffinitur seu de
scribitur. ¶ Primo in. Ber. eam sic diffi
nit in li. de. xij. gradibus humilitatis. Hu
militas est virtus qua homo verissima sui
cognitione sibi ipsi vilescit. ¶ Secũdo se
cundum eundem in quadam epistola sic
diffinitur. humilitas est contemptus pro
prie excellentie. ¶ Tertio secundum Au
gustinum sic humilitas est ex intuitu pro
prie conditionis ⁊ sui conditoris volunta
ria mentis inclinatio in suo imo ordinalis
in suum creatorem. ¶ Ad quarum diffini
tionũ declarationem que in idem redeunt
tria sunt notanda. ¶ Primum quorũ di

citur causatio. ¶ Secundũ vero subiectũ.
¶ Tertium quoqz ordinatio. ¶ Primo
igitur sciendum ꝙ ex tribus causatur hu
militas. ¶ Primo causatur ex noticia p
prij defectus: quia dicit Ber. ꝙ est virtus
qua ⁊c. ⁊ Augusti. ꝙ est ex intuitu proprie
conclusionis ⁊c. Ideo tho. dicit secunda se
cunde. q. 161. ar. primo in solutiõe primi ar
gu. ꝙ ex hoc ꝙ aliquis cognoscit defectũ
suũ non presumit. Sed se infimũ reputat.
vnde dicitur Michee. 6. humiliatio tua i
medio tui. Sed quia in sermone sequenti
de hoc dicitur latius hic pertranseũdum
est. ¶ Secundo causatur humilitas ex di
splicentia vitij proprij ⁊ defectus. Nã esset
admodũ vituperabile vt quis cognoscẽs
suũ defectum se amaret. Et ideo ad veraz
humilitatẽ oportet vt dicit tho. vbi supra
ar. 6. in solutiõe tertij ar. ꝙ quis intueatur
proprium defectuz ⁊ doleat aut sibi displi
ceat. Ideo dicitur Job vltimo. Nũc oculus
meus videt te: iccirco arguo me ⁊ ago pe
nitentiam. vbi glo. sic dicit. Quanto quis
se minus videt tanto sibi minus displicet
⁊ quanto magis lumen gratie recipit tan
to amplius se esse reprehensibilẽ recogno
scit propter quod subdit. iccirco me repre
hendo. hec ibi. Cui Aug. concordat dicẽs
sic. O homo si te videres tibi displiceres ⁊
mihi placeres: sed quia te non vides tibi
places ⁊ mihi displices. venient autem di
es in quibus ⁊ tibi ⁊ mihi displicebis. mi
hi quia damnabis. tibi quia ardebis. hec
ille. Sed quia nulla est criminis cognitio
⁊ compunctio nisi etiam exterius penitu
dinis sequantur lamenta: ideo subiungit.
Et ago penitentiaz in humilitate ⁊ vilita
te. ¶ Tertio causatur hũilitas ex reuerẽ
tia dei: ideo dicit Aug. ⁊ sui conditoris. se
cundũ eniz tho. vbi supra ar. i. ⁊ 6. Radix
⁊ principiuz perfecte humilitatis est reue
rentia quam quis habet interius ad dñz.
Secundu tñ enim ꝙ humilitas ẽ specialis
virtus precipue respicit subiectionem ho

minis ad deū: propter quem humiliando se alijs se subicit. debz igitur homo se subiicere deo: duo considerando. s. excellentiaz dei: et insufficientiam: et miseriam: et nihilitatem sui. Nam omnis iusticia: et perfectō hominis in comparatione ad deum deficiens inuenit. secundū illud Isa. xl. Omnes gentes: quasi non sint corā eo. Et sic cuilibet quantūcunqz perfecto humilitas cōuenit et habet vnde possit etiam humiliari respectu. s. diuine perfectionis. Sm tho. 2a 2e. q. 161. ar. i. in sol. 4. ar. Qui etiam addit ibidem ar. secundo in sol. secundi ar. in fi. Quod ex his duobus. s. excellentia dei et insufficiētia sui sequūtur alia duo scilicz reuerentia ad dominum et confidentia in maiora: non propriarum virtuz: quia talis confidentia est humilitati contraria sicut presumptio. sed confidentia diuini auxilij in maiora. vnde Augu. in li. de penitentia sic dicit: Aliud ē proicere se ante dominū: aliud est erigere se contra dñm. Qui ante dñz se proicit ab illo erigitur: et exaltatur: qui aduersus illum se erigit ab illo proicitur. hec ille. ¶ Secundo notandū est sm tho. 2a 2e. q. 161. ar. 6o qp humilitas sicut et cetere virtutes principaliter consistit in anima. s. in volūtaria ellectōne morū iuxta illud quod in ps dr. Elegi abiectus eē in domo dei mei magis qz habitare in tabernacu. pec. sup quo verbo dicit Aug. humilis est qui elligit abici in domo dñi magis qz &c. ¶ Est tñ aduertendū sz tho. vbi supra qp quia ad humilitatē ꝓprie ptinet vt aliquis reprimat seipsū: ne feratur in ea que sunt supra seipsum ad quod necessariū est: vt aliquis cognoscat id i. quo deficit a proportione eius qp suam virtutem excedit. et ideo cognitio proprij dfectus pertinet ad humilitatē: sicut regula quedaz directiua appetitus. Et quātū ad hoc intelligit pria diffinitio. Qd humilitas ē virt9 qz hō verissima &c. que ptinet videt ad intellectū. ¶ Sed quia in ipso appetitu consistit humilitas essentialiter dicendū ē qp hūilitas est ꝓprie moderatiua mot9 appetitus. vñ in alia diffinitione Augustini addit volūtaria mentis inclinatio. volūtaria dr quia aliter nō est virtuosa si sit. s. coacta. pleriqz enim sūt qui volunt humiliari: nisi diuino iudicio sint coacti iuxta illō. disciplina tua ipsa me docebit. Et Greg. in mora. 38. di. c. Qui ea dicit. quicūqz est stultus in culpa sapiens erit in pena. hec ille. Additur postea inclinatio mentis: ad ostendēdū qp vera humilitas consistit in corde: iuxta illud Mat. xi. discite a me quia mitis suz et h. co. que postea exijt in opus Mat. 7. a fructibus eorum cognoscetis eos. Et tūc vocatur humilitas effectus sm illud quod dicit 2a diffinitio. s. humilitas est co. p. excellentie. ¶ Tertio notanduz est qp ōia bona: et omnes virtutis act9 debēt ordinari in sumū finem: et vltimū bonum, ideo dr in fine vltime diffinitionis in suo imo. s. in suo infimo. vz in cognitione sue vilitatis ordinabili ad suū conditorem. quod dr: qz aliqua reperit humiliatio. que nō sic ordinat: sed deordinat: nec ē virtus hūilitatis sed ē vitiū desperationis. siue deiectionis desperationis dico vt cū quis recognoscēs magnitudinē miserie sue spūalis siue tpalis nō dulciter et ꝯfidēter recurit ad deuz: sz cadit in despationē: vt pz in iuda Mat. 27. q suuz peccatū cognoscēs et despans laqueo se suspēdit pei9 addiciēs malo filr et multi ex iminētia aduersitatū dspando se perimūt: iō sūme cauēda ē hec despatiōis tristitia: sz potius penitere et humiliari. de qua. 2. cor. 7. dr. Que sm deū tristitia est penitentiā in salutem stabilem opatur: scli autem tristitia mortem operatur. ¶ Est insuper et initium deiectionis: cum quis sub palliatione humilitatis consentit iniquitati seu nō contrariatur falsitati. et de hoc intelligitur illud Ecclesiastici. 13. Noli esse humilis in sapientia tua ne humilia tus in stulticiam seducaris. Item illud

Augu.super Jo.22.q.2.c.Non ita vbi dicit Non ita caueatur arrogantia vt veritas relinquatur.Et hinc est q quandoqz cogimur manifestare virtutes nostras virtuose : non ad inanem gloriam sed ad honorem dei:ꝛ salutem proximi cum necessitas requirit manifestande necessario veritatis:vel obstandi falsitati. vnde Apostolus secūdo cor.xj.In quo quis audet in insipientia dico : audeo ꝛ ego hebrei sunt:ꝛ ego israelite sunt:ꝛ ego. ministri xp̄i sunt: ꝛ ego:vt minimus sapiens dico :plus ego ꝛc.que gratia breuitatis omitto : Satisqz facit quid sit humilitas ꝛ sic pars prima huius sermonis patet.

¶ Pars secunda huius sermonis in qua declaratur quotuplex sit species humilitatis bone ꝛ male.

SEcundo ad declarationem maiorez dictorum in precedenti parte est diligēter perscrutādū que bona ꝛ que mala humilitas esse dicatur.ait enim Isidorus in libro ethimologiaꝝ q humilis dicitur quasi humi decliuus.i.imis inherens.Ad cuius euidentiā notandū est secūdū Tho. secunda scđe.q.161.ar.1. in responsione primi arguīn. ꝛ secundi in corpore.q. Et etiā secundū glo.fi.de.prime de reli.do.qđ hoc contingit fieri.quadrupliciter.s. inuite. ficte.stolide ꝛ meritorie. ¶ Primo modo aliquis inheret imis:ꝛ humiliatur inuite s.a principio extrinseco cuz quis ab aliquo deicitur.Et talis humilitas dicitur afflictiua.ꝛ inuoluntaria. Nam cum quis subito depauperatur : affligitur ꝛ humiliatur. ꝛ h humiliatio non est virtus sed pena de qua dicitur in ps.Humiliauerunt in compedibus pedes eius ꝛ ideo hortatur Augustinus ad veram humilitatem:in sermone tertio de dedicatione ecclesie dicēs.Humilitas tua plus sit in voluntate q̄z in necessitate.esto humilis in corde quia quanto te fecit voluntas humilem tanto te cognosce sublimem.h ille. ¶ Secundo modo aliquis inheret imis ꝛ ficte humiliatur.s.secundū signa exteriora solum ꝛ non in mente.ꝛ talis humilitas dicitur dolosa quando.s.fingit se aliquis simplicem:vt decipiat aliquem ꝛ talis etiam ē humilitas hypocritarum ideo ecclesiastici.19.dicitur Est qui nequiter se humiliat.s.exterius solum ꝛ non interius vbi principaliter humilitas consistit.Et ideo sequit: ꝛ interiora eius plena sunt dolo. i. nequitia simulata.ꝛ hypocrisi.h est illa de qua dicit Aug. in quadam epistola q est magna superbia quia. s. videtur tendere ad excellentiam glorie. Ideo taliū humilitas ac tales humiles vitandi sunt ꝛ fugiendi. iuxta illū Ecclesiastici.12. Si humiliat⁹ vadit inimicus tuus abice animū tuum : ꝛ custodi te ab eo. ¶ Tertio aliquis inheret imo stolide:ꝛ fatue humiliatur : puta cum homo honorem suum non intelligens comparat se iumentis insipientibus : se subiciendo peccatis ꝛ rebus vilibus ꝛ similis factus est illis secundū prophetā.Similiter cum quis causa humilitatis mentitur. 22. q.2. c.Cum humilitatis scribitur.Cum humilitatis causa mentiris : si non eras peccator antequā mentireris mentiendo efficeris:quod euitaueras.veritas autem ipsa in te non est nisi ita te dixeris peccatorez: vt etiam cognoscis veritas autem ipsa ē. vt quod es:dicas. Nam quomodo est humilitas:vbi regnat falsitas.Et infra incauti sunt humiles:qui mendacio se illaqueāt h ibi.Et in quarto sententiarū di.21. Similiter fatua est humilitas cum sine necessitate frangitur auctoritas.vnde Augu.86. di.c.Quando sic dicit. Quādo necessitas discipline moribus cohercendis : dicere vos verba dura compellit si ꝛ ipsi modū vos excessisse sentitis non a vobis exigitur: vt a subditis veniam postuletis : ne apud eos quos oportet esse subiectos:duz

nimium seruatur humilitas regēda fran gatur auctoritas et tamen potentia est venia ab omnium domino: qui nouit eos quō plus iusto forte corripitis quanta beniuolentia diligatis. hec ille. ¶ Quarto quis heret imis et humiliatur meritorie: quando s. non propter timorem fingit se humilem sed caritatiue considerans defectum suum tenet se in infimis secundum modum suum sicut dixit Abraham ad dominum gen. 18. di. Loquar ad dominum meum cum sim puluis et cinis. ¶ Multum similiter meretur quando quis quanto plus exaltatur tanto magis humiliatur: ad quod nos Augu. hortatur. in libro de sancta virginitate c. 31. di. Quanto maior es humilia te in omnibus et coram deo inuenies gratiam mensura humilitatis cuique: ex mensura ipsius magnitudinis data est. cuique enim periculosa est superbia: que amplius amplioribus insidiatur: hanc sequitur inuidia: tāquā pedisequā eamque superbia quippe parit nec vnque sine tali prole: atque comite: qui duobus malis: hoc est superbia et inuidia dyabolus est. hec ille. Ex quibus habes que bona que mala: que ve nulla est humilitas: ac pars secunda huius sermonis.

¶ Pars tertia huius sermonis. in qua ponuntur gradus. et signa humilitatis.

Tertio videnda sunt signa ac gradus humilitatis. Ad quorum euidentiam tria notanda sunt. ¶ Primo enim notādū est secundū glo. Mat. tertio tres esse gradus humilitatis pricipales. ¶ Primus est subdere se maiori: nec se preferre equali. et hec est humilitas sufficiens et necessaria. ¶ Secūdus gradus est subdere se pari: nec se preferre minori: et hec est humilitas habundans et copiosa. ¶ Tertius gradus est subdere se minori: et nemini velle preferri. et hec est excellens et perfecta et his tribus gradibus humilitas figuratur per altare tabernaculi: quod habebat tres cubitos altitudinis: vt dicitur: Exo 27. Aduertendū tamē est. quod in predictis gradibus preferre non debet intelligi secūdū interiorem estimationē secundū. hanc enim nullus se debet preferre alteri. sed secūdū extrinsecam actionē inquantū requirit necessitas rationalis distinguende dignitatis vel officij sine desiderio et affectu excellentie. 8. q. 1. c. Sciendū alias semper eēt vitium superbie. ideo dicitur. Ecclesiastici 32. Rectorē te posuerunt noli extolli. esto in illis sicut vnus ex ipsis. ¶ Sed oritur hic dubium si homo debeat se omnibus subiicere per humilitatē. ¶ Ad hoc respon. secundum Tho. secūda scđe. q. 161. ar. 3. Quod in hoīe possunt duo considerari. secundū id quod est dei et id quod est hominis. hoīs ē quicquid pertinet ad defectum sed dei quicquid pertinet ad salutem et perfectionem secūdum id Osee. 13. Perditio tua israel: ex me tantum auxiliū tuū. humilitas autem sicut dictum est. proprie respicit reuerentiā: qua homo deo subiicitur. Et ideo quilibet homo secundū illud quod suū est debet se cuilibet proximo subiicere: quantū ad illud quod ē dei in eo. Non autē hoc requirit humilitas: vt aliquis id quod est dei in seipso subiciat ei: quod apparet esse dei in altero: Nam illi qui dona dei participant cognoscunt ea se habere. secundū illud prie cor. secūdo. Vt sciamus que a deo donata sunt nobis. Et ideo absque preiudicio humilitatis possūt dona que ipsi acceperunt preferre donis dei que alijs videntur esse collata. Sicut apostolus dicit ad Ephe. tertio. Alijs generationibus non est agnitū filijs hominū sicut nunc reuellatum est sciis aplis. Similiter etiā nō hoc requirit humilitas vt aliquis id quod est suum in seipso subiciat ei quod est hominis in proximo. Alioquin opus esset vt quilibet reputaret se magis peccatorem: quouis alio. Cum tamen Apostolus absque preiudicio humilitatis dicat. Gal. secūdo

Nos natura iudei ⁊ non ex gentibus peccatores: potest aliquis reputare aliqd boni esse in proximo: qd ipse non habet vel aliquid mali in se esse quod in alio non est ex quo se potest ei subicere per humilitatem. ¶ Secũdo est notandũ qꝫ duodecim sunt humilitatis gradus. vt habet in regula. S. benedicti. quoꝝ sufficiẽtia assignatur secundũ Tho. vbi supra ar. 6. ⁊ Alexander in secunda parte in tractatu de superbia. q. 12. di. Quod quidã sunt gradus respectu paris siue equalis. ¶ Quidã sunt respectu superioris. ¶ Quidam respectu dei. ¶ Primo enim respectu equalis assignantur sex differẽtie per quas homo bene se habet erga eum. ¶ Primus est in aspectu interiori ⁊ exteriori. nam extollentia oculorum est quoddam superbie signũ inquantum excludit reuerentiam timorẽ ⁊ verecundiam. Timentes enim ⁊ verecũdi solent deprimere oculos quasi non audentes se eis comparare ⁊ ideo pertinet ad humilitatẽ corde ⁊ corpore semper eã ostendere defixis in terram aspectibus. ¶ Secundus gradus humilitatis est in verbo vt. s. homo non excedat in loquendo modum. s. per iactantiã: vt homo pauca verba loquatur grauia sint ⁊ non clamorosa. ¶ Tertius gradus est in signo vt non eat homo supercilio elleuato ne sit de illa praua generatione superborum de qua dicitur prouer. 30. Generatio cuius excelsi sunt oculi. ⁊ palpebre eius in alta subrecte. ¶ Quartus gradus est in silentio. cum. s. homo tacet ne preueniat tempus loquendi si alius loquitur vel ab alio non interrogetur ⁊ ideo dicitur taciturnitas. ¶ Quintus gradus est in conuersatione vt suis operibus non recedat a via cõi cõtra singularitatem per quam superbus vult alijs sanctior videri: vult eni ieiunare quando alij comedũt ⁊ similia ad hũc igit gradum pertinet tenere qd habet cõis regula cenobij. ¶ Sextus gradus est in existimatiõe vt qs se inferiorẽ ceteris existimet. vbi est sciendũ qꝫ absqꝫ aliqua falsitate: potest homo credere ⁊ pronunciare se omnibus esse viliorem: ⁊ ad omnia inutilem. Omnibus viliorẽ dico secundũ defectus ocultos: quos in se recognoscit. ⁊ dona dei que in alijs latent. ⁊ d hoc in sermone sequenti latius dicetur. Ad omnia inutilem dico. secundũ ꝓprias vires vt sufficiẽtiam suam totã referat in deum. secũdũ Aplm. 2. cor. tertio nostra sufficientia ex deo ẽ. ¶ Secũdo respectu superioris assignantur quatuor differẽtie graduũ humilitatis. ¶ Primus ẽ insufficientia bonoꝝ vt. s. quis credat. ⁊ cõfiteatur ad oĩa bona se indignũ insufficientẽ ⁊ vilem ac inutilẽ. ⁊ de hoc intelligit illud Lu. 17. c. Cum feceritis omnia que precepta sunt vobis dicite serui inutiles sumus: que debuim⁹ facere fecimus. ¶ Secũdus gradus est peccatoꝝ confessio nam peccati celatio ex superbia prouenit sed cõfessio ex humilitate iuxta illud. Ecclesiastici. 8. ꝑbro humilia animã tuam. ¶ Tertius gradus est paciẽtia aduersariorum. s. vt exteriorẽ tribulationem equanimiter tolleret siue in dictis siue in factis siue in verbis siue in vberibus: quia sicut dicit Grego. in registro. Non grande est in his nos esse humiles a quibus honoramur quia ⁊ hoc seculares quandoqꝫ faciunt: sed illis maxime humiles esse debemus a qbus aliqua patimur. ¶ Quartus gradus ẽ obedientia mandatorum superiorum: quia sicut magis superbia est rebellio ita obediẽtia magna ẽ humilitas exẽplo xpi qui humiliauit semet ipsum factus obediens vsqꝫ ad mortem ad phil. secũdo. ¶ Tertio respectu dĩ assignantur duo alij gradus humilitatis. ¶ Primus est abnegatio proprie voluntatis vt. s. homo nõ sequatur propriam voluntatem iuxta illud Mat. 16. Qui vult venire post me abneget s. ⁊. t. c. s. ⁊ sequat me. ¶ Secundus gradus ⁊ oĩum vltim⁹:

est exhibitio diuini honoris. s. vt quis deũ timeat et memor sit omnium que precepit: et operetur diuinam implendo voluntatem propter dei amorem et reuerentiam. ¶ Tertio in ista parte notandum est. q inter cetera sunt tria signa humilitatis. ¶ Primum est honores et laudes fugere tanquam sagittas mellitas: ac mel venenosum. exemplo xpi qui cum turbe eum regem facere vellent auffugit. Jo. 6. ca. ¶ Secundum est opprobria et contumelias equanimiter ferre: Exemplo Dauid qui fugiens filium suum absalon. cum maledicceretur a quodam suo inimico dixit abisai eum iudicare volenti dimitte eum vt maledicat. dominus enim precepit ei vt malediceret dauid secundi regum. 16. Et apostolorum exemplo actuum. 5. Ibant apostoli gaudentes a conspectu con. q. d. h. sunt p. n. Jesu. c. pati. Exemplo etiam christi qui saturatus fuit opprobrijs sicut dicitur trenorum tertio. ¶ Tertium est vilia non recusare exemplo Abigail que dixit cum vellet eam dauid ducere in vxorem. Ecce ancilla tua sit ita famula vt lauet pedes seruorum domini mei primi Regum. 25. Bene ergo ex suis signis potest humilitas cognosci. et ex humilitate ellectio. vnde Grego. in libro. 34. moraliũ capitulo fi. dicit. Quia redemptor noster corda regit humilium: et leuiatam iste rex dicitur superborum Job vltimo aperte cognoscitur. q euidentissimum signum reproborum superbia est. at contra humilitas ellectorum. quam quisq habeat agnoscitur inuenitur sub quo rege militet vnusquisq enim quendam titulum portat operis quo facile ostenditur sub cuius seruiat potestate rectoris. vnde per euangelium Mathei. 7. dicitur a fructibus eorum cognoscetis eos. Danda est igitur in primis opera fratres charissimi vt humilitatem omnium equidem virtutum fundamentum in nobis acquiramus quia sicut sine fundamento et basi hedificium non subsistit sic absq humilitate virtutum scalam qua celum scanditur firmare non valemus: et cum ea perfecte habita omnia ad celorum regnum necessaria possidentur. et illud acquiritur quod nobis prestare dignetur dominus Jesus humilitatis exemplar qui per eterna secula viuit et regnat cum patre et spiritu sancto in trinitate perfecta deus. Amen.

¶ Feria sexta cinerum de comendatione et inductione ad humilitatem per rationes auctoritates et exempla.

Sermo vigesimus.

Cum facis elimosinam noli tuba canere ante te sicut hypocrite faciunt. Scribuntur hec verba Mat. quinto capitulo. et in euangelio occurrentis ferie.

Quamquam de humilitate plena dixerimus in sermone hesterno fratres dilecti sumi in christo Jesu quo ad illius videlicet descriptionem et cognitionem signorum. s. et graduum. Superest tamen vt aliqua etiam de eius comendatione: ac inductione dicamus quatenus corda ellata humilientur et ad humilitatem amplectendam prouocentur licet quid durum videatur secundum q Augustinus ille eximius i primo de ciuitate dei capitulo primo loquit. Scio quibus viribus opus sit vt persuadeatur superbis quanta sit virtus humilitatis: quo fiat vt omnia terrena cacumina temporali mobilitate nutantia: non humano

vsurpata fastu: sed diuina gratia dona cel situdo transcendat. oculus enim superbis re sistit. h. a. d. g. hic vero quod dei est super be quoqꝫ anime spiritus inflatus affectat aniatqꝫ etiam in laudibus dici. parcere subiectis: ⁊ debellare superbos. hec ille ta men quantum nobis possibile erit labora bimus omnia ad humilitatem prouocan cia recitare. ⁊ cum Magistro nostro sum mo domino Jesu: illis dicere incipiemus verba proposita scilicet. Cum facis ⁊c. sci licet inaniter gloriando sicut hypocrite fa ciunt superbissimi. Triplici igitur via hu militatem comendabimus: ⁊ ad eandem amplectendam quemcunqꝫ prouocabim⁹. ¶ Primo videlꝫ via rationis. ¶ Secūdo via auctoritatis. ¶ Tertio quoqꝫ via exē plaritatis.

¶ Pars prima huius sermonis in qua comēdatur humilitas multis ⁊ varijs ra tionibus precipue tribus.

PRimo igitur triplici ratione co mendatur virtus humilitatis. ¶ Prima quarum dicitur ratō sue digni tatis. ¶ Secunda ratio proprie miserabi litatis. ¶ Tertia quoqꝫ ratio nostre ne cessitatis. ¶ Quantum autem ad primaꝫ rationem sue. vꝫ. dignitatis oritur dubiuꝫ. An humilitas sit omnium virtutum potis sima. ¶ Ad quod respondetur secundum Thomam secunda secunde. q. 161. ar. 5. Qꝫ bonum humane virtutis in ordine consi stit rationis: qui quidem ordo principali ter attenditur. respectu finis. vnde virtu tes theo. que habent deum pro vltimo obiecto sunt excellentissime. secūdario au tem attenditur ordo prout per rationem ordināturʼ ea que sunt ad finem. Et hec or dinatio principaliter consistit: ⁊ essentiali ter in ipsa ratione ordinante. participatur autem in appetitu ordinato per rationeꝫ: quam ordinationem vniuersaliter facit iu sticia presertim legalis. Humilitas autēꝫ facit hominem subiectum in vniuersali ⁊ quantum ad omnia: quelibet autem alia virtus quantum ad aliquam materiaꝫ spe cialem. ⁊ ideo post virtutes theologicas ⁊ ⁊ post virtutes intellectuales: que respici unt ipsam: ⁊ post iusticiam presertim lega lem potior ceteris est humilitas. Cuius excellentia ⁊ dignitas patet ex tribus. ¶ Primo ex virtutū dispositione. ¶ Se cundo ex bonorum spiritualium conserua tione. ¶ Tertio ex difficili subiectione. ¶ Primo dico ꝙ tanta est excellētia hu militatis ꝙ ad omnes virtutes inducit ⁊ disponit ⁊ presertim ad septeꝫ principales. ¶ Primo enim disponit ad caritateꝫ dei ⁊ proximi: quia est fundamentum carita tis ⁊ pietatis nutrix. ¶ Tum quia imme diate ⁊ solidissime subicit se suo superiori scilicet deo. caritas autem non vnit crea turam creatori per modum superioritatis aut equalitatis: sꝫ solū per modū subiectio nis quasi materiā forme: ⁊ tanqꝫ mobile su mo motori: ⁊ tanqꝫ sponsaꝫ sponso. ¶ Pre terea nihil ē ita ꝓpriū amori sicut excelsi ne estimare ⁊ appreciare amatū ⁊ omnia alia respectu ei⁹ pro nihilo ducere aut ab hominari si sit contrariū illi. Si ergo ve ra humilitas habet hoc respectu dī patēs est eius cōnexio ad caritatē. ¶ Tum quia scdo omnia ordinare ⁊ referre facit in vlti mum finē qd̄ est obiectū caritatis sicut ne cessarium est caritati qꝛ sine hoc nulla est Sed hoc non pōt sine humilitate qꝛ vtiqꝫ hoc non pōt nisi contēnat omnia respectu finis vltimi. Jta ꝙ illū preferat omnibus ⁊ oia totaliter subiciat illi. ¶ Tum tertio qꝛ humilitas priuatū sui amorē penit⁹ ex tinguit: qꝛ per eam homo abnegat seipsuꝫ ⁊ se ꝓ nihilo ducit. ⁊ ideo nullus vere est misericors ⁊ pi⁹ erga ꝓximū in supportan dis iniurijs sibi factis ⁊ illi⁹ miserijs nisi qui se omniū viliorē. ⁊ punitione omni di gnum per humilitatē existimat: tanqꝫ do

minos ſuos exiſtimās omnes ⁊ tanq̄ ima ginem dei ſui quē ipſe ſic offendit. ¶ Secūdo humilitas ducit ⁊ diſponit ad pfectā penitentiā cum omnib⁹ partibus ſuis: ad quas nemo ducit ſine pfecta humilitate. Et quia humilitas principaliter inſiſtit cōpunctiōi amare de peccatis: ducit etiā ad rigiditatē ⁊ ſeueritatem, tum q: animus ſuperfert ſue carni per humilitatē: alias contēptū. ¶ Tum q: omnia inferiora vult humilitas ſubici, ⁊ p poſſe ſubicit ſuis ſuperioribus. ¶ Tum q: timore diuine maieſtatis: totū configitur, ⁊ concutitur: ⁊ per eundem timorem: intime configit ⁊ acuit carnem ſuam, ⁊ omnes affectus. ¶ Tertio humilitas ducit ⁊ diſponit ad perfectionem vite actiue ⁊ contemplatiue. Actiue quidem quia exit homo ad obſequia humilitatis, ⁊ ad omnes actus proprie viuificationis. Contemplatiue tum quia humilitas tenet cor vnitum: ⁊ recollectum ⁊ abſtractum: ⁊ ſuper omnia elleuatū: ⁊ ad omnia recte penſanda ⁊ eſtimanda exacutum ⁊ rectificatum qđ neceſſe eſt ad contēplationem. ¶ Tum etiā quia de primis ⁊ vltimis gradibus cōtemplationis eſt recta conſideratio ſui, ⁊ ſuoꝝ defectuū ac periculorum, ⁊ recta cōparatio ſue modicitatis ad magnitudinē omnium ſiue collectiue ſiue diſtributiue ſumpta. Et recta cōparatio ſuarum obligationum ad omnes quibus aliquo modo eſt debitrix. Sed libenter nullus ⁊ affectuoſe ac pfunde predictis cōſiderationibus imoratur niſi perfectus humilis: cuius eſt ſemper libenter illa intueri que ſuperbiam comprimunt: ⁊ humilitatem nutriunt ⁊ incendunt. ¶ Tū etiam quia humilitas potius vult eſſe diſcipula q̄ magiſtra ⁊ plus diuine ſentētie q̄ proprie ſiue vulgi inheret. ¶ Quarto humilitas diſponit ⁊ inducit ad magnanimitatem ⁊ conſtantiā. ¶ Tum quia iniurias ⁊ contemptum ſui amat, ⁊ querit tanquā ſibi conuenientiſſimum nutrimentū. Nam ſe dignam pluribus malis reputat idō pro nullo ducit ea que patitur reſpectu eorum que pati debere ſe putat. ¶ Tum etiam quia omnia inquantū ſunt nihil ducit pro nihilo ⁊ ideo tanquā poſſidens cōculcat totam nihilitatē ⁊ omnē magnitudinem ſuperbam extollentē ſe cōtra veritatem non ſolū velut nihil reputat: ſed etiā in illud inuehitur ſicut in illud qđ ei directe opponitur. Et ideo etiā fertur per quādam altitudinem tranſcendentē magnanimiter in omnia contēnenda vt ſit non ſolū radix ſed vita ⁊ anima altiſſime paupertatis. ¶ Tum inſuper quia: cum non timeat perdere honorem dignitatē poteſtatem aut quodcunq̄ aliud comodū tēporale: tā quā omnia huiuſmodi abiciens non habet vnde formidare debeat aut triſtari: Non enim flectitur blandicijs non vulgi famas ſed potius omnia iſta contēnit: ⁊ horret tanquā vite ſue inſidiantia: idō nō inclinat ad iniuſticiam aut ad aliquid vanum ⁊c. ¶ Quinto humilitas diſponit ⁊ ducit ad puritatem ⁊ honeſtatē. ¶ Tum quia omnem mundanam pulchritudinē abicit velut ſtercus ⁊ etiam aſpicere dedignatur ⁊ illam tanq̄ fumum volatilem ⁊ tanq̄ grādem ⁊ veram ignominiā eſſe ſentit. Sed conſtat q̄ incentiua carnis ex contrarijs nutriuntur ⁊ oriuntur, ergo ⁊c. ¶ Tum q: recolligendo cor ad intima ⁊ abſtrahēdo illud ab omnibus reddit illud abſcōſum: ⁊ purum ab omni tentatione carnali. ¶ Tum quia componendo ⁊ debite ordinando ⁊ moderando omnes actus ⁊ geſtus ⁊ omnia verba ⁊ ſigna vagationem omnem ſenſuū: ⁊ omnē motū inhoneſtatis excludit, q̄ autem cōpoſitio ſpectet ad ipſam patet ex antedictis. igit ⁊c. ¶ Sexto humilitas diſponit ⁊ ducit ad diſcretionem ⁊ maturitatem. ¶ Tum quia ſemper facit ſentire proprios defectus: ideo i omnibus agendis eſt timorata: ⁊ circōſpecta, nihil eni de ſuis viribus preſumit: adeo nō

est temeraria nec preceps: sed in omnibus
semper sequatur consilium ⁊ auxilium dei
⁊ suorū sanctorū ⁊ seruorum. ¶ Tum quia
nullo priuato amore: aut mundano timore
vel fauore impellitur aut precipitatur. sed
solo dei timore configitur ⁊ ideo cū timo
re. ⁊ tremore salutem suam operatur attē
dens se omnia agere in conspectu iudicis
cūcta cernentis ⁊ nullū delictū impunitū
relinquentis. ¶ Tum quia serenissima fa
cie omnia diiudicat. ⁊ ideo sentit se facile
posse deficere: nisi caute in omnibus se ha
buerit. ⁊ etiā quia humilitas non solet cō
muniter innasci in hominibus: nisi post
multorum casuum experientiā ⁊ calamita
tum quorū multiplex experientia non mo
dicum iuuat ad discretionē: ⁊ maturitatē
¶ Septimo ⁊ vltimo humilitas ducit ad
simplicitatē iustitie ⁊ veritatis. ¶ Tum
quia fugat omnem ypocrisim duplicitatē
⁊ mendositatē. ¶ Tum quia vnicuiq; quod
suum est reddit. s. deo gloriam omnem ⁊
dominiū sibi subiectionē seruitutem ⁊ ob
probrium. proximo pietatem ⁊ beneficiū.
¶ Tum quia vt altius dicatur ipsa est ra
dix illius diuine stultitie de qua loquitur
Apostolus. i. cor. i. dicens. Verbum crucis
pereuntibus quidē stultitia est. Et vt solo
verbo concludamus: nullū est exercitium
quod ita perfecte ⁊ sic repente omniū virtu
tum vniuersitatem introducat in anima si
cut est continue se exercere ad sui contem
ptum secundū circūstantias premissas hu
militatis. ergo est virtus dignissima. ¶ Se
cundo probatur ex conseruatione quia nō
solum ad virtutes disponit ⁊ ducit sed etiā
ipsas ⁊ omnia merita cōseruat secundum
Ric. in quarto di. 14. ar. x. q. i. Dicens quod
humilitas dicitur fundamentum spiritua
le secundū illud Ber. ad Eugeniū. de consi
deratione. c. 3. Bonus fundus humilitas.
Et hoc ratione firmationis ⁊ conseruatio
nis virtutum. ait eni Grego. in. 22. mor. In
cunctis que agitis radicem boni operis

humilitatē tenete. Nā ⁊ si quelibet assint
opera nulla tamen sunt nisi ex humilitate
condiantur. Qui enim ceteras virtutes si
ne humilitate cōgregat. quasi puluerē in uē
tum portat. Quod patet ex tribus. ¶ Primo
respectu moderationis quia ipsa est radix
⁊ mater omnis ordinis ⁊ omnis mensure. Estiat
eni omnia prout sunt: ⁊ hoc in tantū est sibi in
quantū propriū quod quasi nihil aliud esse vi
det nisi rectissima ⁊ intima estiatio omnium
secundum suū valorē nulli rei plusq; valeat estimando: nec minus ⁊ hoc facit ad cōseruan
das virtutes. ¶ Secūdo hoc patet respectu
cōsiderationis. Cōpetit eni sibi totū cor ad
interiora colligere: ⁊ facere ipsum intra se
stabilire cōsistere ⁊ inhitare ⁊ per sensum ni
hilitatis sui ⁊ omnis creature ab omni vani
tate speciei create mentē abstrahit ⁊ ab
strahēdo depurat. Et in cōspectu lucis eter
ne sue entitatis prie ⁊ summe eā reddit vni
tam serenā ⁊ propinquā. Eo et quo nihil sibi
ascribit nec sibi in aliquo innitit semper securū
fert in tantū sensū principaliū operū dei. s.
Creationis conseruationis gubernationis re
demptionis: ⁊ iustificationis iudiciarie puni
tionis ⁊ eterne glorificationis: que omnia ad
cōseruādas virtutes proficiūt. ¶ Tertio hoc
patet respectu gratificationis. Nam quidam sa
piēs ait. Quod humilitas est norma iustitie ⁊
ianua sapiētie: ⁊ templū gratie. Et hoc est verum
quia ista virtus facit humiliter supplicare ⁊
veraciter recognoscere ⁊ detestari offēsam
⁊ prosterni ante pedes dn̄i seruorūq; suorū
Ipsa super omnia impetrat veniā et longe am
plius quam queratur. quia Iac. 4. dicitur. Deus super
bis. r. h. a. d. g. s. virtutes operādi ⁊ cōser
uandi ⁊ certe sicut in centro omnium stellarū
⁊ celorū aspectus ⁊ influētie rectissimo ⁊ so
lidissimo incessu cōcurrūt. sic oculi generosi
aspectus intensissime currūt ad humiles.
vnde altissimo deo dicitur. Excelsus dn̄s humi
lia res. ⁊ al. a lon. cognoscit. Qui ergo ma
gnas virtutes ⁊ gratias habere humilitatē semper
associet vt ipsas cōseruare mereatur. vnde

hieronim⁹ in ep̄la ad Euſtochiū ait. Nollo tibi ſupbiam venire de ꝓpoſito ſ; timorem ⁊c̄. quere in fine. pȝ igiſ ꝙ virt⁹ humilitatis ē dignissima. ¶ Tertio idē ꝓbatur ex difficili ſubiectiōe. cum eni tanto ſit dignior virtus ⁊ magis meritoria quāto eſt difficilior: ſeqtur humilitatē eſſe dignissimam q: difficilima iuxta illud phi ſecūdo ethicoꝝ. Virt⁹ eſt circa bonum ⁊ difficile. ¶ Qð ſi querat quare ē difficillimū ptingere ad humilitatē. cū actus eius nō inferat penā ſenſui. ¶ Ad hoc reſpon ꝯ ſecūdū Pe. Jo. ſup Mat. 18. c. Qð difficultas tal' prouenit ex tribus. ¶ Primo ex ſua propria arduitate. q: oīs virtus quāto magis ē ardua ⁊ perfecta ē: tanto ceteris parib⁹ ē inacceſſibilior viribus nr̄is: ⁊ tāto oportet cum fortiori conatu nos aſſurgere ad eam ſed huiuſmodi ē humilitas. ¶ Secūdo hoc ꝓuenit ex forti ipulſu. ⁊ multa apetibilitate ſui cōtrarij vehemēter pradicata in naturali rōnali que nō ē plena ſ; vacua dō: ac p conſequēs ē ꝯplena eſtimatiōe ſuipſi⁹. Altitudo dr̄ prātis ⁊ pſidētie: ⁊ ſingularitas precellētie ⁊ glie: ⁊ nulli ſubeſſe nulliuſq; legib⁹ coartari ſ; in oībus ꝓpriā voluntatē ſequi' exhibent ſe menti tali vt quaſi quedam gloria dei. Et ideo difficillimū eſt ſenſus ⁊ radices ſupbie tali menti medullit⁹ inbitos a ſe eradicare. ¶ Tertio prouenit ex eo ꝙ contemptus ſui pfert quandā magnitudinē ineffabilis mortis ⁊ nihilationis. ⁊ iō grandē contēptum ſui horret hō ſicut ſui annihilationē. tantū enī homo ſentit ſe eſſe: ⁊ viuere in cordibus alioꝝ. quātū ſe ſentit appreciari ab eis quapropter difficile ē humilitatis virtutē aggredi. Et ex hoc nō imerito grandi pmio coronaſ. Nā lu. 14. ⁊. 18. ⁊ Mat. 23. dicitur a dn̄o. Qui ſe. h: exal. vn̄ Augu: i libro de penitētia ſic dicit. Nō puteo eum qui ſe humiliat ſp iacere cum dictū ſit exaltabitur Et ne oppineris in oculis hominum eius exaltationem per ſublimitates fieri corporales. promittitur autē humilitati exaltatio ſpiritualis. non quia ipſa ſola eam mereatur ſed quia humilitatis eſt proprium cōtemnere ſublimitatem terrenam que impedimētū preſtat ne homo ad celeſtia tendat. h ille. Ex quibus concluditur ꝙ quanto maior eſt humilitas tanto magis meretur exaltari per illam regulam ſuperi⁹ dictam. ſ. Vbi magis de cauſa ibi magis ð cauſato ⁊ effectu. Si igitur humilitas eſt cauſa exaltationis ergo vbi maior humilitas ibi maior erit exaltatio. ⁊ ſic pȝ prima ratio que humilitatē comēdat ⁊ ad illam nos iducit. ¶ Scðo pricipalr inducit nos ad humilitatē rō ꝓprie miſerabilitatis. Nā ſi intime cōſiderare volumus noſtrā miſeriam facile eſt nos humiliari. eſt enim noſtra miſeria magis in ſpūalib⁹ corporalib⁹ ⁊ tpalibus. ¶ Primo eni inducit nos ad humilitatem cognitio ꝓprie miſerie ſpūalis tanta ē enim nr̄a obligatio ad deū: etiā ex vno ſolo beneficio ꝙ nunq̄ȝ ad minimam particulā poſſemus ſatiſfacere. ſi ergo aliquas grās vel virtuales opationes habemus illas a deo obtinuimus. ⁊ ad maiorē gratitudinē humilitatē ⁊ ſollicitudinem obligamur. Juxta illð apl'i. 1. cor. 4. Quid habes ꝙ nō accepiſti: ſi ergo accepiſti qd gloriaris quaſi nō acceperis. ¶ Preterea peccata grādia ⁊ horribilia cōmiſimus: ⁊ iugiter peccatis pena adiungimus ⁊ omni momēto poſſumus in omni graui ſcelere prolabere. Nec ēt in preſenti cū omni ſtudio poſſumus plene diſcernere vtrū digni ſumus odio vl' amore vt iam probatū eſt ſupra. ¶ Preterea null⁹ ita in ſpūalibus bonis ꝓficit: quin poſſit ſemp vere dicere ſe viliorē. ⁊ omnibus alijs ſe reputare inferiorē. Qð pȝ ex trib⁹. ſm Petrū. Jo. vbi ſupra. ¶ Primo vȝ cōparando id qð eſt propriū alicui ad alia ſm ꝙ ſunt opa dei. ꝓprium eni homini ē ꝓprie eſſe de nihilo ⁊ quantū eſt ex ſe redire in nihilū: ⁊ ſemp eē nihil. peccata ēt omnia ei ſunt propria.

Reliqua vero inquantũ sunt opa dei ipm participãtia non hñt propriũ nõ ratione entitatis ⁊ boni. Si aũt hoc modo compat se homo alijs inueniet se in infinitũ vilio rem illis. sicut docet ẽt ansel. ❡ Secũdo pz hoc ex cõsideratione eoꝝ que oculta eẽ possunt in alijs ɓm glo. ad phili. secundo. Superiores inuicẽ arbitrantes. ⁊ Augu. in libro de virginitate dicens. Quidã ple rumqz habent plura bona exteriora sz ha bent alia occulta interius que preualent omnibus illis vtpote aliqs coniugat⁹ hz habitum martirij quẽ aliquãdo virgo nõ habet: aut non tm̃ quantũ ille, ⁊ ideo ɓm Grego. sup Job. 9. c. Semp dz homo min⁹ extimare dona sua qz dona alteri⁹. ❡ Ter tio hoc põt fieri cõparãdo illd qd ipse red dit deo. respectu graꝝ quas sibi deus con tulit ad id qd alter reddit do. respectu eo rum que a deo accepit aut ad id qp redde ret si tanta ⁊ alia accepisset. Et hoc modo pater nr̃ Seraphic⁹ franciscus dicebat ⁊ sentiebat se esse oium peccatoꝝ maximũ. qz extimabat nullũ esse sic ribaldũ quin si tanta ei dñs cõtulisset qui gratior nõ esset qz ipe erat. ❡ Secũdo inducit nos ad hu militatẽ cognitio ꝓprie miserie corporalis Nam quantũ ad corpus inferiores ⁊ debi liores sumus omnibus bestijs iuxta illud Boetij. Si corp⁹ spectes quid imbecili⁹ ho mine reperire queas: quẽ musculaꝝ sepe morsus interimit: ⁊ subiecti oibus vanita tibus ⁊ miserijs. vñ Ber. in meditatiõib⁹ Si diligẽter cõsideres: qd per os ⁊ nares ceterosqz corporis meatus egredit vili⁹ sterquiliniũ numqz vidisti si singulas eius miserias enumerare velis qz onerata pec catis irretitaqz vitijs pruriens concupiscẽ tijs occupata passionibus prona semp in malum: ⁊ in omne vitiũ procliuis plenam omni ɔfusione ⁊ ignoia ⁊ infra nihil aliud est hõ nisi sperma fetidũ saccus stercoꝝ ci bus vermiũ post hoiem vermis: post ver mem fetor ⁊ horror ⁊ sic in nõ hoiem ver titur oĩs homo. cur ergo superbis homo? Attende quod fuisti vile semen ⁊ sanguis coagulatus in vtero deinde miserijs huius vite exposit⁹ ⁊ peccato ⁊ postea vermis ⁊ cibus vermiũ futurus in tumulo. Quid supbis puluis ⁊ cinis? cui⁹ conceptus cul pa: nasci miseria: viuere pena: mori angustia Cur carnẽ tuã preciosis reb⁹ impinguas? ⁊ adornas quã post paucos dies vermes deuoraturi sunt in sepulcro. Aiam vero tu am non ornas bonis moribus que deo ⁊ angelis eius ẽ presentanda in celis: h̃ ille. ❡ Tertio inducit nos ad humilitatẽ co gnitio ꝓprie miserie tẽporalis. Nam tẽpo ralia tanto labore acqrũtur multo timore possidẽtur: ⁊ demũ magno dolore relinquũ tur: quapropter nõ hz causam ex diuitijs superbiendi. vt dicit Apl's. 1. thi. 6. Diuiti bus huius. s. preci. su. nõ sa. sz potius humi liandi. vnde Inno. de miseria humana di cit. Quid prosunt o frater diuitie? Quid vana gloria? quid leticia mundi: cum nõ li berent hoiem d morte nec defendant a cri mine nec eripiant a fetore: ecce eni qui se debat heri gloriosus in aula: nũc latet de spectus sub tumba. ⁊ qui vescebat delitijs in cenaculo: mõ consumitur in sepulcro. Cur ergo supbis vermis ⁊ cinis? diuitias pauperibus dispergẽdas accumulas. cum dicat ꝓpheta. dormierũt somniũ suũ ⁊ ni hil inuenerũt oẽs viri diuitiaꝝ in manib⁹ suis. h̃ ille. ⁊ sic pz quomodo iducimur ad humilitatẽ ratione cognitionis nostre mi serie. ❡ Tertio inducit nos ad humilitatẽ ratio necessitatis qz sine ea nemo saluatur Juxta illud Mat. 18. Nisi ɔuersi fueritis ⁊ efficiamini sicut p. n. in. r. c. Qd probat tripliciter. ❡ Primo sic Supbia est caput ⁊ regina oium vitiorũ ⁊ ducit in perditio nem vt oẽs dicũt: ergo cum cõtrariarum causaꝝ cõtrarij sint effect⁹ non inmerito hu militas habet quendã primatũ: inter vir tutes ⁊ sicut in infernũ mittit superbia. Ita humilitas dirigit ad vitam eternam.

¶ Secundo idem probatur sic. christus est via ad salutem Jo.14. ego sum via. Qui ergo saluari vult oportet ambulare per viam christum ambulare autem per christum nihil aliud est nisi eius exempla sequi. iuxta illud prime Jo. 2o. Qui dicit se in christo manere: debet sicut ille ambulauit et ipse ambulare. Qui vult saluari sequatur humilitatem christi. ergo etc. ¶ Tertio probatur sic exemplariter. Sicut in grano frumenti non prouenit viriditas nisi prius in terra putrescat et mortificetur: sic homo non potest peruenire ad vitam gratie virtutum et glorie. s. vite eterne: nisi prius deprimatur et mortificetur per humilitatem Jo.12. Nisi granum frumenti. c. in terra. m. f. i. s. m. si autem m. f. m. f. affert. Ex quibus vtilitas et dignitas humilitatis patet. Et prima huius sermonis pars principalis.

¶ Pars secunda huius sermonis in qua commendatur humilitas varijs auctoritatibus.

Secundo commendatur humilitas et ad eam inducimur varijs auctoritatibus Et precipue triplici. s. auctoritate sacrarum scripturarum: auctoritate sacrorum doctorum: et auctoritate polyticorum. ¶ Primo igitur commendatur humilitas auctoritate sacrarum scripturarum noui et veteris testamenti. ¶ Primo auctoritatibus veteris testi. sic

¶ Vidit dominus humilitatem meam nunc amabit me uir meus. s. xpo — Gen. xix.

¶ Quesitus in regem Saul abscondit se domini — .i. Re. x.

¶ Non ne cum paruus esses in oculis tuis caput in tribus israel factus es — i. Re. xv.

¶ Non ne vidisti humiliari achab coram me: quia igitur humiliatus est non inducam malum in diebus eius — tertij Re. xi.

¶ Quia humiliati sunt: auersa est ab eis ira domini — si paralipom. 12.

¶ Humilium et mansuetorum tibi semper placuit deprecatio — Judith. ix.

¶ Qui ponis humiles in sublime — Job. v.

¶ Qui humiliatus fuerit erit in gloria: et qui inclinauerit oculos suos ipse saluabitur — Job. 22.

¶ Populum humilem saluum facies — ps. 17.

¶ Humiles spiritu non habitu saluabuntur — ps. 33.

¶ Quia respexit in orationem humilium et non spreuit preces eorum — ps. ci.

¶ Quia in humilitate nostra memor fuit nostri — ps. 135.

¶ Ubi humilitas ibi sapientia — puer. xi.

¶ Gloriam precedet humilitas — puer. xv.

¶ Melius est humiliari cum mitibus quam cum superbis diuidere spolia. — puer. xvi.

¶ Superbum sequitur humilitas: et humilem spiritu suscipiet gloria — puer. xxix.

¶ Quanto magnus es humilia te in omnibus et coram deo inuenies gratiam: quoniam magna potentia dei solius: et ab humilibus honoratur — Eccle. 3.

¶ Secundo idem concluditur auctoritatibus noui testamenti sicut.

¶ Beati pauperes spiritu. idest voluntate — Mat. v.

¶ Sufficit discipulo vt sit sicut magister eius. i. sufficere debet christus autem vilis et abiectus et tu superbus et elatus? Mat. 10.

¶ Discite a me quia m. s. et h. cor. — Ma. xi.

¶ Quis putas maior est in regno celorum dixerunt discipuli domino. Et respondit eis.

¶ Quicunque humiliauerit se sicut paruulus ille hic est maior in regno celorum — Ma. 18.

¶ Quicunque voluerit inter vos maior fieri sit vester minister — Mat. xx.

¶ Qui se humiliat exaltabitur — Mat. 23.

¶ Qui minor est inter vos hic maior est lu. 9.

¶ Nolite timere pusillus grex: quia complacuerit patri vestro dare vobis regnum — Lu. 12.

¶ Cum inuitatus fueris ad nuptias recumbe in nouissimo loco — Lu. 14.

Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens

Et ibidem. Ipse humiliauit seipsum factus
obediens vsqz ad mortem. mortem autem
crucis propter quod. d. e. il. ꝛc. phil. secūdo
¶ Adolescentes subditi estote senioribus
omnes inuicem humilitatem insinuate: q:
deus superbis resi. h. aūt. d. gratiā. i. pe. 5.
¶ Humiliamini sub potenti manu dei: vt vos
exaltet in tempore visitationis. i. pe. v. Sa
tis patet comēdatā esse humilitatē aucto
ritatibꝰ sacre scripture. ¶ Secūdo idem
probatur auctoritatibꝰ canonistarū ꝛ sacrorū
doc. ¶ Primo auctoritatibꝰ canonistarū sic
discurrēdo. Nico. papa. 50. di. c. de his cleri
cis sic dicit. Sanctiꝰ est in hac vita domus
sub inferiori habitu irreprehēsibiliter fa
mulari qz alta indebite petendo dānabilit
in profundū demergi. h ille. ¶ Calistus
papa. xj. q. 3. c. iustum iudiciū sic dicit. Me
lior ē in malefactis humilis facta ꝯfessio
qz in bonis superba gloriatio. ¶ Item ex
octaua synodo de pe. di. 2. c. i. scribit. Exer
citia humilitatis sunt si se vilioribus exer
citijs subdat: ꝛ officijs: ꝛ ministerijs indi
gnioribus tradat. Ita enim ab arrogantia
que est humane glorie vitiū curari pote
rit: vt in consuetudine humilitatis affectꝰ
vltra non incidat in arrogātie ꝛ vaneglo
rie delictum. ¶ Luciꝰ insuper papa tertiꝰ
c. Ad aures extra de tempo. ord. sic dicit.
Honestius ꝛ tutius est subiectis debitam
prepositis obedientiam in inferiori mini
sterio deseruiri qz cum prepositorū scanda
lo graduum appetere dignitatē. hec ille.
Et de hac materia habetur. 86. di. c. Quo
niam. ꝛ in glo. c. fi. de ma. ꝛ obe. ꝛ in glo. fi.
c. i. de religi. do. super verbo humilitatis i
clementis. vbi habet qꝫ sola est humilitas
clauis: que aperit regnū celorum: ꝛ reserat
misteria scripturarum. ¶ Secundo ad
ducuntur auctoritates sacrorum doctorum.
Hiero. enim ad Antoniū monachū dicit.
Dñs noster humilitatis magister disce
ptantibus de dignitate discipulis. vnū ap
prehendit ex paruulis di. Quicūqz nostrū
non fuerit cōuersus vt infans: non poterit
intrare regnum celorū. item Hiero. ad ce
lantiam. Nihil habeas humilitate prestanti
us. nihilqz amabilius. hec est enī precipua
obseruatrix. ꝛ quasi custos quedam virtu
tū omniū. nihilqz est quod nos ita ꝛ homi
nibus gratos. ꝛ deo faciat qz si vite meri
to magne humilitatis infirmi sumus pro
pter quod scriptura dicit. Quāto maior es
ꝛc. quare vltra fol. ma. Quod ne tantū do
cere sz ēt facere videret: īpleuit exēplo: dū
discipulorū pedes lauat. dū traditorē osclo
excipit: dū loqt cū samaritana: dū ad pedēs
sibi sedente Maria de celorū disputat re
gno: dum ab inferis resurgens primū mu
lierculis apparescit. Et iterū i epistola ad
Rusticum monachum vt habetur. 93. di.
c. diaconi sic inquit. Ita enim deus noster
opa vniuersa disposuit vt qui maior se cre
diderit minor esset: ꝛ qui minor videretur
maior existeret. hec ille. ¶ Greg. etiā lo
quens de Job laudibus in. 22. li. mor. dicit.
Mirentur in eo qui volunt castitatis cō
tinentiam integritatē iusticie viscera pie
tatis: ego in eo non minus admiror cōfes
sionem humillimam peccatorū: qz tot sub
limia gesta virtutis. Scio quia infirmita
tis verecundia: plerūqz hominibus est cete
minis cōmissa peccata prodere qz non ad
missa vitare: ꝛ vnūquodqz malū qzuis ro
bustius vitetur: tamen humiliꝰ perditur.
Et idē in. 27. mora. li. dicit. Ego dauid plꝰ
saltantem stupeo qz pugnantem: pugnan
do namqz hostes subdidit. Saltando aūt co
ram dño semetipsum vicit: qui ait ludam
vt fiam vilior qz factus sum eroqz humil
in oculis meis. hec ille. ¶ Criso. insuper i
c. 18. lu. dicit. Si mixta in peccatis humili
tas tam facile currit: vt iusticiam superbie
coniunctam transeat si iusticie coniūxeris
eam quo non ibi assistet tribunali ipsi diui
no in angelorum medio. Augustinus quo
qz in epistola ad dioscorum sic dicit. Nul
la alia ad capescendam veritatem est via:

q̄ humilitas. ⁊ quoties interrogares hoc dicerem non ꝙ alia non sint precepta: que dicantur: sed nisi humilitas omnia que cū q̄ benefacimus ⁊ precesserit ⁊ comitata. ⁊ cōsecuta fuerit: ⁊ posita quā intueamur: ⁊ apposita cui adhereamꝰ: ⁊ imposita qua imprimamur. Jam nobis de aliquo bene facto gaudentibus totū extorquet de manu superbia. vicia quippe cetera in peccatis. Superbia vero ⁊ in recte factis timē da est ne illa que laudabitur facta sunt ipsius laudis cupiditate amittātur. ita sicut rector ille nobilissimus cū interrogatus esset quid ei primum in elloquentie preceptis videretur: obseruare oportere pronunciationem dicit respondisse: cum quereret quid secundo eandem pronunciationem: quid tertio. nihil q̄ pronūciationem dixit. ita si tu interrogares: ⁊ quoties interrogares de preceptis christiane religiōis: nihil me aliud respondere nisi humilitatē liberet. Et si forte alia dicere necessitas cogeret: humilitati huic saluberrime: quam dominꝰ noster Jesus christus: vt doceret humiliatus est maxime quedā aduersatur: vt ita dicam imperitissima scientia: dū nos scire gaudemus. quid maximandros: quid anaxer: quid Pitagoras senserit vt docti eruditiq̄ videamur cū a vera doctrina ⁊ eruditione longe absit. hec ille. Et in li. de salutaribus documentis. idem ait roga tuos vt i omnibus suis operibus humiliter coram deo agant: quicquid ei acceptum sit: quia non erit gratū deo quicqd homo facit in superbia. Quod autem humiliter fit hoc est ei acceptum: quia humilitas virtutum sublimitas est: ⁊ eo ad regnum celorū quilibet. vnde veniet nisi per humilitatē? Multorum autem tempor laborēs: ⁊ orationes ⁊ elemosine: ⁊ ieiunia: ⁊ vigilie: si cū superbia finem habuerit pro nihilo apud deum computantur. Acceptus est deo vir humilis: ⁊ in se deum gestat tam paulatī superius discernimus de superbie malo: sz propter tibi subditos: necessarium hoc locum inueni: vt contra sagittas diaboli discant clypeum humilitatis. Superbus autem est deo odibilis ⁊ diabolo similis. humilis licet habitu vil' sit gl'iosus est tamē apud deum. Superbus autem. ⁊ si decꝰ corpore ellevatus videatur aspectu tamen apud deū operibus uil' est. ⁊ verbis ⁊ gestis ⁊ vultu ⁊ incessu. semper eius dignoscitur superbia ⁊ leuitas. hec ille. ¶ Tertio ad idem adducuntur auctoritates polyticorum ⁊ paganorum. Nam. C. de dona. inter vir. ⁊ vxo. l. si. scribitur. Nihil tam peculiare imperiali maiestati q̄ humilitas: per quā sola dei seruatur imitatio. hec ibi. ¶ Preterea ph'i pagani hoc idem affirmant. Nā ptolomeus dicit. Qui inter sapientes humilior est sapiētior existit sicut lacus profundior ceteris lacunis aqua copiosior ē. hec ille. ¶ Item li. 5. Metaphisice dicit. Qui humiliat sponte melior est q̄ qui humiliatur vi. Seneca in epi. 20. ad lucillum dicit. Redige te ad parua ex quibus cadere non possis. ¶ Valerius quoq̄ maximus li. 8. dicit. Nulla est tanta humilitas que dulcedine glorie nō tangat. Postremo Tullius. 5. li. de questionibus tusculanis dicit. humilis nēpe virtutes recipit. Et ecce quot auctoritatibus comendat humilitas: patetq̄ pars secunda huius sermonis.

¶ Pars tertia huiꝰ sermonis in q̄ ponūt q̄ pl'a exēpla qbus inducimur ad hūilitatē.

TErtio ⁊ vltimo īducimur ad humilitatē triplici exēplo qbꝰ comēdatur hūilitas. s. dei xp̄i ⁊ virginis. ¶ Primo dico ad humilitatem inducimur exēplo dei de quo dicit Petrus Jo. vbi supra ꝙ licet in eo nō cadat humilitas: prout dicit sui contemptum: tamen in eo est prout dicit sūmam condescensionē: ⁊ prout dicit rectissimam estimationem ⁊ adequationē seu ordinationē omniū. Nam deus tantū ē condescensiuus ꝙ nō dedignat immediate assistere infimis creaturis: ⁊ vermiculis

qui etiam imediate tribuit eis totam cor
essentiam: ⁊ virtutem imediate in semetip
so omnia portans: continens ⁊ cõseruans
in omnibus suã similitudinem ⁊ bonitaté
pro eorũ capacitate diffundens. ¶ Secun
do inducimur exemplo christi qui fuit hu
milis nascendo: viuendo moriendo simul
⁊ resurgendo. ¶ Primo fuit hũilis nascé
do. Nam nasci voluit de matre paupercu
la in domo aliena ⁊ in stabulo publico ⁊ ñ
proprio. vnde dicit̃ non erat ei locus in di
uersorio. ¶ Preterea positus est in prese
pio: ⁊ pauperculis pannis inuolut[9] lu. 2. de
quo dicit Hiero. hic paruo terre foramine
natus est. ¶ Secũdo humilis fuit viuen
do: in vestibus. ⁊ in gestis. ¶ In vestibus
dico: quia vt habet̃ Jo. 19. Erat aũt eius tu
nica inconsutilis de super cõtexta per to
tuz. i. cilicina sic formata sicut prophetatũ
est ps. 68. posui vestimentũ meum ciliciũ.
Et ibi hoc notat Nico. de lyra. ¶ In om
nibus quoqz gestis suis humilitatem de
monstrauit vt euangelia inspiciens pleni
us poterit videre. Nam erat subditus pa
rentibus Lu. 2. Fugit dignitates ⁊ hono
res ideo fugit in montem cum vellent eũ
facere regem Jo. 6. Item dixit Petro ⁊
duob[9] filijs zebedei. Nemini dixeritis vi
sionem hanc Mat. 17. s. ad fugiendaz glo
riam. ¶ Tertio fuit humilis moriendo ⁊
resurgendo: q: humiliter tanqz agnus mã
suetissimus ad victimam ductus est ⁊ tan
dem horrida ⁊ vituperabili morte crucis
damnatus est: sicut prophetatum fuerat.
Sapientie 2. Morte turpissima condem
nemus eum. Resurgendo non minus hu
militatez demonstrauit presertim discipu
los fratres appellãs di. Mat. vltimo illis
mulierib[9]. Nolite timere. Ite nũciate fra
trib[9] meis vt eãt i galileã. Bene. ergo di
xit xp̃s Mat. xi. discite a me quia mitis
sum ⁊. h. c. ⁊ apostolus ad phil'. secundo
humiliauit semetipsum factus obediens.
⁊c. Ideo pulchre August. dicit li. de sancta
virginitate. c. 39. Non te anima christiana
vt discas humilitatem ad publicanos ⁊
peccatores mitto qui tamen in regnum
celorum precedunt superbos: sed ad regez
celi te mitto ad eum per quem creati sunt
homines: ⁊ qui creatus est inter homines
propter homines ad speciosum pre filijs
propter filios hominum ad euz qui domi
natur angelis imortalibus: quibus certe
humilitas similes non iniquitas facit.
¶ Tertio inducimur ad humilitatez exẽ
plo virginis Marie propter cuius humi
litatem exaltata est sicut ipsa testatur lu.
primo di. Quia respexit. h. an. sue. e. enim
ex hoc beatã me di. oẽs generatiões. vñ
Aug. in sermone primo d̃ natiuitate virgi
nis sic comendat christi ⁊ virginis humi
litatem di. Noli timer̃ filia syon. Ecce rex
tu[9] veniet tibi mansuetus ⁊ mitis super
nubem leuem. i. super virginem Mariaz:
quam tibi ipse exhibuit sine corporis pon
dere genitricem. venit inqz mansuetus re
quiescens super maternũ suum humilem
⁊ quietuz trementẽ verba sua. venit igitur
mansuetus implens celos transiliens per
humilem ad superbos: ⁊ celos nõ derelin
quens: ⁊ inflatos tumore superbie apposi
to hũilitatis remedio velut emplastro vt
mitis ipse curarz. O profũda humilitas
⁊ excellentior altitudo sapientie ⁊ sciẽtie
dei angelorũ panis lactatur vberibus ma
tris. Fons aque salientis i uitaz eternam
samaritane pfiguranti ecclesiaz aquã postu
lauit cõuiuare cũ publicãis ⁊ peccatorib[9] ⁊
non recusabat cui familie celestes cum tre
more ministrant reguli filiũ: rex reguz fe
cit sanũ narrandi deficit tempus noua fe
cit in seculo qui nou[9] venit in seculuz. hec
ille. Sequamur igit̃ humilitatis viam ca
rissimi fratres dñm vz Jesum xp̃m si quo
ipse processit: peruenire cupimus ⁊ cuz eo
perpetuo regnare quod dñs concedat ip
se dñs Jesus xp̃s qui viuit in trinitate p̃
fecta in secula seculorum Amen.

¶ Sabbato cinerum de humilitate cõtritionis et de contrictionis fructificatione. Sermo.xxj.

Omnes enim eu3 viderunt et turbati sunt. scribunt hec verba Mat. 6.c. et in euãgelio occurrentis ferie. Sicut eni fratres carissimi quodã modo superbia reperitur in omni vitio: et omne circuit peccatũ. iuxta illud sapientie.10. initiu3 omnis peccati superbia: quia sine ea etiã nullũ peccatum est: vt dicit Aug. In omni eni3 peccato est contemptus quidam ad superbiam ptinens. ita per contrarium necesse est ad omne peccatum expellendũ humilitatem reperi contrariationis. quia sm phm 8o ethicorũ. Medicine habent fieri per contraria et ideo prophã dicit cor contritu3 et humiliatum deus non despicies: que contritio in euangelio hodierno per mare dictum ab amaritudine figuratur. et cum videt deus cor contritum et bene dispositu3 infundit illi gratiam sua3. Ideo dicũt verba proposita. Omnes enim eũ. s. deum per gratiam inhabitantem viderunt. i. adesse cognouerũt. et turbati sunt per veram contritionem: de qua quia in tractatu de penitentia multa diximus impresentiarumq3 ibi siluimus eius vtilitatem et comẽdationem percurramus breuiter. Secundũ doctores et theo. Cõtritionis fructus triplex assignari solet. ¶ Primus quorũ dicitur remissio culpe. ¶ Secũdus ablatio pene. ¶ Tertius collatio gratie et glorie.

¶ Pars prima huius sermonis in qua declaratur quõ per virtutem contritionis tollitur omnis pena peccato debita.

Primo igitur de fructib9 contritionis agentes est sciendũ. Quod primus qui assignari solet dicitur. Remissio culpe. per veram enim contritioné omnia peccata quamuis magna et horrenda remittuntur. quod probat sm Alex. de al. in 4. parte in tractatu de iustificatiõe impij et s. tho. in. 4. di. 1. ar. 5. q. 1. tripliciter. Ratione. s. auctoritate: et exemplo. ¶ Primo pbatur ratione triplici. ¶ Primo sic cõtritio est dolor gratie informatus: sed gratia gratum faciens omnem culpã delet. ergo contritio est per quam culpa remittitur. ¶ Secundo sic virtus et vitiũ ex eisdem causis contrario modo acceptis generant et corrumpũtur. 8o ethicor3. sed peccatũ cõmittitur per inordinatũ amorem. ergo remittit per ordinatu3 amorem. sed amor caritatis causat dolorem contritionis. ergo contritio peccatũ delet. ¶ Tertio sic per complacentiam et cõsensum volũtatis introducta est culpa et conseruatur inesse: s3 sicut dicit phs i libro thopicorũ. Si oppositum est causa oppositi et propositũ est cã ppositi. ergo si debet tolli culpa necesse ẽ q tollatur per displicentiam siue dissensũ voluntatis. Hic aũt dissensus ẽ contritio. ergo etc. ¶ Sed contra hoc arguit tribus scripture sacre auctoritatibus. ¶ Prima est eccle. i. c. vbi dicitur. Timor domini expellit peccatũ. nam qui sine timore ẽ non poterit iustificare. ergo potest fieri scõm hoc iustificatõ siue peccati expulsio motu timoris: non ergo necessaria est contritio. ¶ Secũda est lu. 7. vbi habetur. remittũtur ei pe. m. q. d. multu3 vbi glo. Ardor caritatis peccatorũ rubiginem in ea consumpsit. ergo etc. ¶ Tertia est lu. 5. vbi dicitur solus deus remittit peccata. ergo non est ipsa cõtritio peccati remissiua. ¶ Ad hoc rñdẽdũ ẽ q causa remittens peccatum est triplex. ¶ Prima est effectiua et principalis. et sic solus deus remittit peccata iuxta secundã auctoritatem allegatam. vnde Cyprian9 i quadã epistola dicit. Solus deus misereri põt veniã peccatis que in ipm comissa sunt solus põt ipse largiri q peccata nra ipe portauit: qui pro nobis doluit: quẽ

reus tradidit pro peccatis nostris. homo
deo maior esse non potest nec remittere aut
donare indulgentia sua seruus potest. qd
in deum delicto grauiori cōmissum ē. Ne
adhuc lapso ⁊ hoc accedat ad crimē si ne
sciat esse predictum. Maledictus homo
qui spem suam ponit in homine dn̄s oran
dus est dn̄s nostra satisfactione placandꝰ
est qui negantem negare se dixit: qui om
ne iudicium de patre solus accepit. hec il
le. ❡ Secunda causa remittens est dispo
sitiua virtualiter ⁊ talis est contritio que
disponit animā ad remissionem peccati.
❡ Tertia adhibita est instrumētaliter: ⁊
sic est sacramentum: ⁊ quia contritio est
pars sacramenti penitētie: ideo ipsa contri
tio instrumentaliter operatur ad remissio
nem peccati. vnde notandū est ꝙ in pecca
to sunt tria. s. Actio mala que expelli
tur timore: quia malus cessat a malo ope
re timore pene. ⁊ sic habet illud intelligi.
Timor dn̄i expel. pec. Est etiā in peccato i
terior macula: ⁊ ista tollitur contrictione
ratione gratie qua cōcernitur. ❡ Ultimo
est in peccato sequella ⁊ ista tollitur ardo
re caritatis. ⁊ sic intelligitur illud glose
ardor. ca. ⁊c. vnde dicūt doc. ꝙ timor se ha
bet ad iustificationem vt preparatio cōtri
tio vt operatio caritatis ardor: vt cōsumma
tio et sic patet ꝙ contritio. est cā remissio
nis culpe. ❡ Secundo hoc idē probatur
auctoritate triplici. prima est glo. super il
lud ps. Sacrificium deo. s. contri. que sic
dicit. Cordis contritio est sacrificium quo
peccata soluūtur. Et subditur in ps. Cor
contritum ⁊ humiliatū. d. n. desp. dicit eni
ibi glo. deus spernit thaurum ⁊ hircum ⁊
omnia que tempus habuerunt: dum aliqd
promitterent futurum: sed tu deus nō de
spicies cor contritum tibi displicēdo offen
sam: ⁊ humiliatum sacerdoti confitendo
culpam: humiliatum non ellatum peccatū
excusando: sed humiliatum confitendo pri
us dicit contritum postea humiliatum: q̄
non potest cor humiliari: nisi fuerit prius
contritum. hec ibi. ❡ Secūda auctoritas
est Isidori sic dicentis. Compunctio ē hu
militas mentis ambulans peccatū. ❡ Ter
tia est Origenis omel. 4. sic di. Quanto
amplius cōpunguntur: tanto amplius pec
catorum relaxantur vincula. ❡ Quod si
contra arguitur per auctoritatem Grego
rij sic di. Quisquis peccata plangit nec ta
men deserit: cor quidem conterit sed humi
liari contemnit. ergo licet contritio requi
ratur ad iustificationem potest tamen nō
iustificatus esse contritus. ❡ Ad hoc rñ
detur ꝙ contritio inquantum est dolor ē
a li. ar. ⁊ sic non delet peccatum. inquantū
vero contritio est dolor gratie informatꝰ
inutritur adeo. et sic delet peccatum. quan
do igitur quis conterritur nec tamē dese
rit peccatum: dolor eius non est gratia in
formatus: ⁊ ideo peccatū eius non remit
titur. et sic habet intelligi dictū gregorij.
❡ Tertio hoc idē probatur exemplo ma
xime Dauid de quo fi. Re. xi. ⁊ xij. dici
tur ꝙ postq̄ misit exercitum cōtra filios
Amon ipse remansit in ierusalē: ⁊ post me
ridiem surgens a somno sicq̄ deambulās
in solario domus sue ex aduerso vidit ber
sabeam: vrie vxorem se lauantem: quā ad
se adductā perpetrato adulterio: misit ad
eius virum vriam in castris vt veniret q
cum allocutus fuisset regem noluit descē
dere in domū suam ⁊ dormire cum vxore
sua sed dormiuit ante fores regias cū ser
uis dauid. scripsit autem epistolam dauid
ad Joab ducem militie per manū vrie di
cens: ponite vriā ex aduerso belli: vbi for
tissimū est prelium: ⁊ derelinquite eū: vt
percussus intereat: quod etiam factum
fuit. Joab itaq̄ rescripsit dicēs: ad dauid
preualuerunt aduersum nos viri eggressi
ad nos in prelium. ⁊c. quin ⁊ seruus tuus
vrias etheus mortuus est. Dauid autem
respondit ad Joab scribens. Non te fran
gat ista res: varius est enim euentus bel

lis: et nūc hunc nunc illum consumit gladi⁹ Bersabee autem planxit virum suū: et transactoq; luctu dauid introduxit eam in domum suam que peperit ei filium: et displicuit hoc coram domino. Et sequitur in.xij. c. Misit quoq; dñs Nathan ad dauid: qui ante eum stans dixit ei. duo viri erant in ciuitate. vnus diues et alter pauper. diues autem habebat oues et boues plurimos valde: pauper autē nihil omnino habebat preter vnam ouiculā quā emerat: et enutriebat et creuerat apd eū cū filijs suis simul de calice eius bibēs et de pane comedens. et in sinu eius dormiens. erat enim ei sicut filia. cum autē peregrinus venisset ad diuitem parcens suis multis tullit ouiculam pauperis: et preparauit cibū homini qui venerat ad se. Iratus dauid nimis dixit ad Nathan. viuit dñs quoniam filius mortis est vir qui fecit hāc. ouem reddet in quadruplū etc. dixit autem Nathan Tu es vir etc. cōnumerat ei beneficia collata et subdit. vriam ethcum percusisti gladio etc. Et dixit dauid. peccaui et Nathan: dominus quoq; transtulit peccatum a te. hec ibi. ¶ Hoc idem exemplum habetur so. di. in. c. ponderet. vbi dicit post dignā satisfactionem posse redire ad honorem credimus testante domino per prophām dauid qui agens penitentiam dixit. Redde mihi le. sal. tui et s. p. c. me. Ipse namq; post penitentiā et alios docuit et sacrificiū obtulit dans exemplum doctorib⁹ sancte ecclesie. Si lapsi fuerint: vtrūq; facere posse: docuit enim quando dixit docebo iniquos vias tuas: et impij ad te conuertent. Sacrificium deo pro se obtulit dum dicebat. Sacrificium deo. s. cōtri. videns enī propheta scelera sua mūdata per penitentiam non dubitauit predicando et domino liberando curare aliena. mutatur ergo a peccato homo: et gratia dei resurgit a lapsu et in pristino manet officio. hec ibi. hoc idem exemplum habetur in. c. vt constitueretur eadem di. et. 2. q. 7. §. Item cū dauid. et de pe. di. secūda. §. deniq; et di. 3. c. dauid. c. totam: et. c. ille rex. vbi ait Ambro. et habetur originaliter in apologia dauid. Ille rex tantus et potens nec exiguo quidem momento manere pene se delicti passus est conscientiam sed prematura confessione atq; immenso dolore reddidit peccatum suum domino. Et infra deniq; dominum dolor intimus mouet affectus vt a Nathan diceretur: quoniam penituit te: et dominus transtulit peccatum tuum. Maturitas itaq; venie profundam fuisse regis penitentiam declarauit que tanti erroris offensam traduxit. hec ibi. finis de primo fructu contritionis: ac parte prima huius sermonis.

¶ Pars secunda huius sermonis: in qua declaratur q per virtutem contritionis tollitur omnis pena peccato debita.

Secundus autem contritionis fructus dicitur ablatio ad cuius euidentiam sciendum est quod duplex est pena scilicet eterna et temporalis. ¶ Primo ergo pena eterna tollitur per contritionem et mutatur in temporalem: quod probatur sic. Culpa mortalis deletur per contritionem: vt dictum est: sed cuius est delere causam est delere etiam effectum necessario coniunctum: cum igitur pena eterna necessario sit adiuncta peccato mortali vt effectus cause: sequitur q si culpa deletur per contritionem q etiā pena eterna. ¶ Ad cuius euidentiam notandum est secundum Alexandrum de aleo vbi supra. Quod dolor contritionis est duplex scilicet partis sensibilis et iste dolor est finitus: et partis superioris qui est quodammodo infinitus. respectu gratie informantis: et respectu dissensu voluntatis ab ipso peccato cum actuali vel habituali detestatione peccati sine fine

dicen̄. igitur q̄ gr̄a per se loquēdo dimitti
tur culpa sed gr̄a cū dissensu perpetuo vo
luntatis ⁊ detestatiōe peccati sine fine di
mittit̄ reat⁹ pene eterne: nō tn̄ ex ipsa vo
luntate sꝫ ex gr̄a cū ipsa volūtate. Hinc ē
q̄ fuerūt aliq̄ di. q̄ gr̄a per se hꝫ quendaꝫ
effectū. Aliū ſm q̄ coniungit̄ cum dolore
spūali. Tertiū ſm q̄ coniungit̄ dolori sen
penitentia. Et in ps. cxlvij. ait. necesse ē vt
homo plus gaudeat cū venerit quod despe
rauerat. q. d. q semp maius ē gaudiū post
tristiciam. Et ideo in li. confessionū ait. Et
ibidē ēt sic dicit. Quid additur in anima
cum amplius delectatur inuētis aut redi
tis rebus quas diligit q̄ȝ si eas semp ha
buisset triumphat victor imperator ⁊ nō
vicisset nisi pugnasset ⁊ quanto maius pe
riculū fuit tanto ē gaudiū maius in trium
pho iactat tempestas nauigantes: mina
tur naufragiū: omnesqȝ fluctuati pallescūt
mare ⁊ exultant nimis quoniā timuerunt
nimis: eger est carus ⁊ vena eius malū re
nunciat omnes qui eū saluū cupiunt egro
tant simul animo fit ei recte ⁊ nundū am
bulat pristinis membris ⁊ fit iā tale gau
dium quale non fuit. cū antea saluus ⁊ for
tis ambularet. hec ille. Confiteamur igit
carissimi vt de veris ⁊ eternis gaudere pos
simus bonis. s. spiritualibus gaudijs non
insistamus vanis ⁊ caducis gaudijs que
viciosa sunt ⁊ quibus homies obcecati so
lent gaudere. ideo Aug. in li. de salutarib
documentis dicit heu q̄ȝ subtiliter nos il
le antiquus hostis decipiēdo fallit eamqȝ
cecitatem ante oculos nostre mētis obdu
cit ne discernere valeamus inter gaudia
huius seculi: ⁊ gaudia regni celestis eter
ni. Nam gaudere quidem bonum est sed
qui gaudet si non inde gaudet. vnde debet
non potest eē bonum. q gaudet: Gaudet
miles terrenus propter honores huius
seculi picturas vestes pulchras ⁊ specio

tas armillas brachio circundatas et coronam capiti impositam tale gaudium non est eternum sed peremptorum gaudet raptor cum desyderatum rapuerit gaudet ebriosus cum occasionem potationis inuenerit gaudet adulter cum ad delectationē fruēde meretricis peruenerit gaudet periurus si huiusmodi facultates iurando acquisierit gaudet iocundus si iram suā perfecerit et multa alia que mens bonitatis tue carissime frater comprehendere poterit cum sit gaudere bonū de his atque huiusmodi gaudere malum et infra. Queso mi frater queso has dyaboli sagittas ad petram que xps est allidens sume fidei scutum in quo possis omnia tella dyaboli ignea extinguere: et gaudeas de bonis domini de cōscientia pura de confessione vera et digna penitētia de luctu et vera tristicia que non mortem sed secundum deū salutem operatur eternam. hec ille. de hac etiam exultatione habita per confessionē anima perseuerans ad illam exultationē eternam sine dubio pertransibit. Et ideo Ambro. de pe. di. prima. c. Ecce dicit. cōfessio paradisū aperit. ¶ De hoc ēt ac aliis fructibus confessionis ait Gr. super dicit Ber. super illud ps. Quid ē tibi mare et c. Omnia namque in cōfessione lauantur: conscientia mundatur amando tollitur mare i. peccatū fugatur tranquilitas redit spes reuiuiscit anim9 illarescit felix anima cui ista ex confessiōe prouenerunt. hec ille. ꝓpter que omnia cōcludens Aug. in li. de penitentia dicit. Confessio est salus animarū dissipatrix vitiorum restauratrix virtutū oppugnatrix demonū quid plura obstruit os inferni portasque paradisi aperit. hec ille. Ideo dyabolus quantum potest studet confessionem impedire tam salubrem patet hoc per exemplū quod in cronicis minorum legitur de quodam milite: qui grauiter infirmans multi corui super ei9 domum venerunt et contra domum eius intrare volentes ad visitandum eū insurgebant et quantum poterant impediebant quod attendens eius filius patri nunciauit qui statim fecit ad se vocare guardianū conuentus qui cum domum intrare vellet coruis rostris et aliis ei obstabant qui hoc videns signo crucis se muniens intrauit. et miles confessus est et confessione expleta nec vnus corū remansit ibi. Quis igitur fratres tot confessionis fructibus perceptis adhuc in peccatis remanebit obstinatus? certe nisi qui sue mentis impos extiterit persepe. ergo confiteamur peccata nostra vt virtutes in nobis valeant augeri quibus solis celestis ianua aperitur et christo coniungi potest quod dominus ipse nobis prestet qui viuit et regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Feria quarta post primā dn̄icā in q̄dragessima de necessitate orationis per rationes auctoritates et exempla. Sermo .26.

Fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Scribuntur hec verba Mat. 12. et in euāgelio hodierno. Tria requiruntur fratres in christo carissimi opera meritoria et satisfactoria ꝯ tria principalia peccata. s. oratio ꝯtra supbiā. Elya ꝯtra auaritiā. ieiuniū et abstinētia ꝯtra luxuriā. sine qbus sacramentū nō pficit pn̄ie et ꝯfessionis et ad recidiuationē facile disponit adeo vt in huiusmōi verificet̄ ꝑdictū xp̄i verbū. s. Fiunt nouissima et c. q: si vitia nō extirpant̄ p opa et exercicia sp̄ualia ad vomitū redit hō maxie si qd in se radicis dimiserit et i peiori statu ꝯsistit. impn̄tiarū igit̄ de oratione ꝯtra supbiā de q̄ i superioribus q̄dā delibauim9 aliq̄ tractare volētes supsedendo his q̄ i volumine de pn̄ia dixi. mus eius necessitatē vtilitatē et dignitatē

aperiemus. Sz in p̃senti hodierno sermone orationis necessitatem predicare sufficiet. pro cuius introductione notandũ est ꝟm Alexã. de al'. in quarta parte in tractatu de oratõe ꝙ oratio põt sumi tripliciter s. cõmunissime. communiter. ⁊ proprie. Communissime dicit̃ pro vt cõprehendit omnẽ actum hominũ iuxta illud. non cessat orat̃ qui non cessat benefacere. ⁊ sic ẽ necessaria ad salutez sicut etiã bona vita. Communiter dicitur prout cõprehendit omnem actuz ⁊ cõtemplatiue relatum ad deũ ⁊ sic est necessaria ad acquirendam salutis perfectionem. Proprie vero dr̃ prout diffinit̃ a magistris. Quod ẽ expressio desyderij directi in deum ꝑpter bonũ adipiscendũ: ⁊ maluz remouendũ per verbum formatũ interi⁹: ⁊ exterius: ⁊ sic ẽ necessaria ad salutẽ: non de se sed q: per ipsam impetrat̃ necessariũ ad salutem pro quo dr̃ ab Aug. de ecclesiasticis dogmatibus: nullũ credim⁹ nisi orãtem salutem ꝓmereri. i. ꝟm Alex. nullũ nisi de beneficio orationis ꝓmereri ea qbus salus ꝓseruat̃. Quod probat̃ tripliciter vz. ❡ Primo rõnibus. ❡ Secundo auctoritatibus. ❡ Tertio exemplis. optime demonstrabitur.

❡ Pars prima huius sermonis in qua ꝓbatur septem rationibus orationem eẽ necessariam ad sal'.

PRimo igitur dico orationem eẽ ad salutem necessariam eo mõ quo dictum est. Et probat̃ rõnibus. 7. s. rõne motionis. rõne appropinquationis. rõne dilectionis. rõne deuotionis. rõne impetrationis. rõne cognitionis. Et rõne exercitationis. ❡ Primo ꝓbatur rõne motionis sic ad mouentem pertinet vt id qđ mouetur pducat ad finem. Nam per eandem naturam aliquid mouet̃ ad finem ⁊ consequit̃ finem ⁊ in eo quiescit sed omne desideriuz est qdam motus ad bonum. qui non põt rebus inesse nisi a deo qui est per essentiã suam bonus ⁊ fons bonitatis. ergo ad ipsum deum debemus per orationem recurrere ad quem solũ pertinet ꝟm suam bonitatem: ꝙ desideria nostra cõuenientia ad effectũ conuenientem perducant. ❡ Qđ si contra hoc sic dicatur. Aut ille qui orat est dignus aut indignus: si indignus male petit. quia deus ẽ ordinatissimus distributor bonorum suorum. Si dignus etiam sine petitiõe sua dat deus. ergo nullo modo est orandus. ❡ Ad hoc r̃ndet Alex. ꝙ si quis est dignus orando fit dignior: ⁊ nemo sic est dignus: vt nõ possit fieri dignior. Si indignus orãdo se disponit ad hoc vt dign⁹ fiat. vnde neqz bene orat. ❡ Secundo idem probatur ratõe appropinquationis. Quanto aliqua sunt propinquiora mouenti tanto efficacius impressionẽ mouentis assequuntur. exempli gratia. Que sunt propinquiora igni magis ab eo calefiunt. Sed per orationem anima rationalis magis appropinquat deo: quia oratio est assensus intellectus ad deũ. ergo ⁊ cetera. ❡ Quod si contra dicatur sic. pronior ẽ deus ad miserendum qz ad dãnandum: sed auertẽti se ab eo sine vlla petitiõe auffert gratiam. ergo conuertenti se ad eum sine vlla petitione dabit gratiam. ❡ Ad hoc r̃ndetur per Alexã. quod auertere ⁊ deficere per nos possumus ⁊ ita per nos gratiã amittere. Sed cõuersio nostra per nos aut nulla est aut si est ita ẽ ex illis ⁊ parua ꝙ nisi deus manuz misericordie ponat nulla reputanda est. vnde in hts facilius est destruere qz construere iuxta illud. Osee. 13. perditio tua israel tantũmodo .s. in te in me auxilium tuum. ❡ Tertio idem ꝓbatur ratione dilectionis. Nam de ratione amicicie ẽ ꝙ amans vellit implere desiderium amati inquantũ vult eius bonum ⁊ perfectionem cum amatorũ sit idem velle sed deus amat creaturam ⁊ tanto magis vnamquamqz quanto plus de bonitate

participat qđ eſt primū ⁊ principale ama tum ab ipſo. ſi ergo deus vult impleri deſideriū rationalis creature neceſſe ē per orationem que nihil aliud ē q̄ȝ deſideriū vt dictum eſt deſideria noſtra ei explicite proponere. Qđ ſi dicatur ille qui petit p ſe in beneficijs eccleſiaſticis: promoueri eo ipſo meretur excludi ſed magis eſt petere gratiam vel gloriam q̄ȝ quodcunqȝ beneficium temporale ⁊ magis ſe dignum poteſt quiſqȝ ſe extimare ad hoc q̄ȝ ad illud ergo meretur magis excludi q̄ȝ exaudiri. ¶ Ad hoc dicit Alexā. ꝙ non eſt ſimile quia petitio que petit dignitatem temporalem notat preſumptōnem ⁊ ambitionem eius qui petit ac ideo cum deterioratione eius vt frequentius accidit ſi obtinetur petitum. petitio autem que petit gratiam ⁊ gloriam non eſt preſumptōnis vȝ ambitionis ⁊ meliorat petenteȝ ſi obtineat petitum. ¶ Quarto idem probatur ratione deuotionis. Bonū enim creature deriuatum eſt ſm quandam ſimilitudinē a bonitate diuina. ſed hoc maxime commendabile eſt in hominibus: vt iuſte ⁊ deuote petentibus ad ſenſum non denegent: quia ex hoc vocantur liberales clemētes ⁊ miſericordes. ergo ad diuinā bonitatem pertinet vt pias oratiōes exaudiat quod ⁊ faciet ſi ei ſic offerantur. ergo ⁊c. vnđ ꝓpha voluntatem timentium ſe faciet: ⁊ deprecationē eorum exaudiet ⁊ ſaluos faciet eos. ¶ Quod ſi cōtra dicatur ſic. Quicūqȝ ab alio aliquid petit nititur animū illius inclinare ad id quod petit ⁊ vult. ſed homo non debet tendere ad hoc ꝙ deus vellit id quod homo vult: ſȝ magis vt homo velit ꝙ deus. ergo ⁊c. ¶ Ad hoc reſpondet ſecundum. s. tho. ꝙ cum orando petimus aliqua que pertinent ad ſalutem noſtram conformamus voluntatem noſtram volūtati diuine. iuxta illud prime thimo. ſecundo. deus vult. o. h. ſ. fieri. ¶ Quinto idem probatur ratione impetrationis: quia per orationem impetramus: que a nobis habere non poſſumus ſcilicet gratias ⁊ virtutes: quibus peruenitur ad ſalutē ⁊ ideo qu a non poſſumus ex nobis multas habere gratias debemus ipſas in generali petere iuxta illud Ber. ſuper cant. In dubijs vnicum refugiuȝ ⁊ remedium eſt oratio ⁊ frequens ad deum gemitus. Sicut etiam dicit Auguſtinus pro eo ꝙ a nobis habere non poſſumus orare debemus. ergo ⁊c. ¶ Quod ſi contra dicatur ſic per orationem flectitur animus eius qui oratur vt faciat: quod petitur ſed animus dei eſt immutabilis ⁊ inflexibilis iuxta illud Jac. primo. Apud quem non eſt tranſmutatio: ⁊ ſecundum illud primi Re. 15. Porro triumphator in iſrael non parcet: nec penitudine flectetur. ergo ⁊c. ¶ Ad hoc reſpondetur ſecundum tho. ꝙ oratio noſtra non ordinatur ad mutationem diuine diſpoſitionis: ſed vt obtineat noſtris precibus quod deus diſpoſuit. licet enim deus ſit imutabilis: ordinauit tamen aliqua que tali ordine in effectum producuntur: ꝙ ſi ille ordo deficit. deficit ēt effectuſ. Non enim terra produceret granum licet deus hoc ordinauerit: ſi non bene coleretur ⁊c. ita dicendū eſt de gratiarum effectibus quia eas deus ordinauit dare mediante oratione. ergo ⁊c. ¶ Sexto idem probatur ratione cognitionis ſcilicet noſtre miſerie. ⁊ diuine bonitatis ⁊ potentie: quoniam quando ipſum oramus pro bonis adipiſcendis: vl' malis āmouendis recognoſcimus ꝙ nullum bonuȝ a nobis habere poſſumus. ⁊ ideo quoniam ipſum auctorem omnis boni confitemur. vnde vgo de virtute orandi in principio dicit. Quo affectu: quo ſtudio a nobis orandus ſit dn̄s deus ex noſtra miſeria ſimul ⁊ eius miſericordia conſiderare poſſum⁹. ¶ Qđ ſi dicatur liberalius eſt aliquid dare non petenti q̄ȝ petenti quia ſic dicit Seneca. Nulla res carius emitur: q̄ȝ que multis

precibus comparatur. Sz deus est liberalissimus. ergo rc. ❡ Ad hoc respondetur secundum tho. q multa prestat etiam non petita: sed q aliqua velit prestar nobis petentibus hoc est pp̄ter nostram vtilitatez s. vt fiduciam quandam accipiamus recurrendi ad deum: r vt cognoscamus eum eẽ bonorum nostrorum auctorem vt dictum est. ❡ Dicas ergo ad dictũ Senece q duplex est emptio. ❡ Una per appretiatõez r cõmutationem dati r accepti: r hec emptio non fit a deo: qui omnia dat affluẽter r bonorum nostrorũ non indiget. ❡ Alia est emptio per quandam reputationem: vt dominus vendidisse reputatur: dando digno r bene disposito ad accipiendum. r sic deus non requirit in donis suis pretium, sed dignitatem r dispositionez ex parte recipientis: que attenditur in desiderio desiderãtis r idoneitate. vnde dona ei ẽmuntur ab eo per orationem ratione appretiationis cõmertiorum: sed ratione desiderij r idoneitatis precantium eo modo quo regnũ dei emitur a pauperibus iuxta illud Isa. 55. Qui non habetis argentũ properate emitte r commedite properate sollicite vos disponendo emite feruenter desiderando r comedite delicabiliter fruendo. ❡ Septimo idem probatur ratione exercitationis scilicet desiderij nostri ad reddendum nos capaces ad dei beneficia suscipienda. vnde Augustinus ad probam de orando deo sic inquit. Qui nouit bona data dare filijs suis petere r querẽ r pulsare compellit: quod quasi facit qui nouit q nobis necessarium sit priusq̃ petamus nisi vt intelligamus q domin⁹ r deus noster non voluntatem nostram sibi vellit i notescerẽ quam non potest ignorare: sed exerceri in orationibus desideriũ nostrũ vt possimus capere quod preparat dare. hec ille. Et ideo si dicatur contra hoc. Necessitas orationis est ad hoc q intimem⁹ ei a quo petimus id quo indigemus. sed Mat. 6. dicitur Scit pater noster celestis quia his omnibus indigetis. ergo r cete. ❡ Respondetur ad hoc secundum tho. q non est necessarium nos deo preces porrigere vt ei nostras indigentias vel desyderia manifestemus: sed vt nos exerceamus r preparemus. vnde Augu. li. scdo de sermone domini in mõte sic dicit. Quid opus sit ipsa oratione si deus iaz nouit quid nobis necessarium sit nisi quia ipsa oratõis intentio cor nostrum sanat r purgat capaciusq̃ efficit ad excipienda diuina munera que nobis specialiter infunduntur. Nõ enim ambitione precum nos exaudiet deus quia semper paratus est suam lucem dare nobis non visibilem sed spiritualem r intelligibilem: sed non semper parati sumus accipere cum inclinamus in alia rerum temporalium cupiditate. fit ergo in oratione conuersio cordis ad deum: quia semper dare paratus est: si nos accipiam⁹ quod dederit. hec ille. Satis de hac parte prima principali huius sermonis.

❡ Pars secunda huius sermonis in qua orationem probatur esse necessariam multiplici auctoritate.

Secundo probatur idem. s. orationez esse necessariam multiplici auctoritate. vz Prophetica Euangelica. Apostolica. Canonica. Ethyca Poetica. Et autẽtica. ❡ Primo auctoritate prophetica sic. ❡ Seruus meus orabit pro vobis faciem eius suscipiam vt non vobis imputetur stultitia neq̃ enim locuti estis sicut seru⁹ meus Job dominus quoq̃ conuersus est ad penitentiam Job cũ oraret ille pro amicis suis. Job. 42.
❡ Ne impediaris. o. semper Eccl. 18.
❡ Ante orationem prepara. a. t. r nolli ẽe quasi homo qui t. d. Ibidẽ.
❡ Oratio humiliantis se nubes penetrat. Eccl. 35.

¶ Subditus esto domino et ora cũ ps.37.
¶ Clamabit ad me . et ego exaudiã eum ps.90.
¶ Adducam eos ad montem sanctum meum et letificabo eos in domo orationis mee Isa.56.
¶ Non est qui inuocet nomen tuum qui consurgat et teneat te Isa.64.
¶ Clama ad me et exaudiam te et annunciabo tibi grandia et firma : que ne scis Jere.32.
¶ Secundo probatur auctoritate euangelica sic discurrendo.
¶ Petite et dabitur vobis Mat.7.c.
¶ Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum et clauso hostio ora in a et.p.q. u.etc. Mat.6.
¶ Orate vt non fiat fuga . u.h. vel scilicet Mat.24.
¶ Vigilate et orate ne intretis intentationem et cetera Mathei.26. Mar. quarto decimo Lu.22.
¶ Omne debitum dimisi tibi quia .r. m. Mat.18.
¶ Quecunq̃ petieritis in oratione. cr. etc. Mat.21.
¶ Oꝫ semp orare et nunq̃ deficere Lu.18.
¶ Vigilate itaq̃ omni tempore orantes vt digni habeamini fuger̃ ista omnia que uentura sunt et stare añ filium hoĩs lu.21.
¶ Ego rogaui ꝓ te petre vt ñ.d.f.t.lu.22.
¶ Usq̃ modo non petistis quicquam in nomine.m.petite et ac.vt gau. uestrum sit plenum Joh.16.
¶ Tertio idẽ ꝓbaẽ auctoritate aplica sic
¶ Sollicitudine nõ pigri spũ feruentes dño seruientes spe gaudẽtes in tribulatione paciẽtes orationi instantes. Ad Ro.12.
¶ Obsecro vos fr̃es p.d.J.xp̃m et p caritatem sp̃s.s.vt adiuuetis me in orationibus vestris pro me ad deũ Ad Ro.15.
¶ Nihil solliciti sitis sed in oĩ orõne et obsecratione cũ gr̃arũ actione petitiões vr̃e inotescant apud deum Ad phil'.4.
¶ Non cessamus pro nobis orãtes et postulantes:vt impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapientia et intellectu sp̃uali vt ambuletis digne deo per omnia placentes in omni opere bono fructificãtes Ad Col.1.
¶ Orationi instate vigilãtes in ea ĩ gr̃arum actiõe simul et ꝓ nobis orantes: vt d̃us apiat nobis hostiũ verbi ad loquendũ ministeriũ christi Ibidẽ.4.
¶ Sine intermissione orate thes.5.
¶ Estote prudẽtes et vigilate ĩ orõ.1.pe.4
¶ Oẽs vnanies ĩ oratõe estote.prĩe pe.3.
¶ Si quis indigꝫ sapiẽtia postulet a deo qui dat oĩbus affluenter Jacob.prio.
¶ Multum enim valet deprecatio iusti assidua Idem.5.
¶ Tristaẽ quis vestrũ:oret equo animo: et psallat Ibideꝫ.
¶ Hec est fiducia:quam habemus apud deum quia quodcunq̃ petierimus secundum voluntatem eius audit nos: et scim⁹ quoniã audit nos quicquid petierim⁹ scimus qm̃ habemus petitões quas postulamus ab eo prĩe Jo.5.
¶ Petrus quidem seruabatur in carcer̃ oratio autem fiebat sine inter.ab.ec.ad.d. pro eo Act.12.
¶ Quarto idem probatur auctoritate canonica . In qua habetur ꝙ precipue prelati debẽt orationi esse intenti:quia non solum pro se:sed etiam pro alijs debet orar̃. vnde di.36.c.Si quis et sunt verba Hieronymi super leuit.sic scribitur.Si quis vult pontifex non tam vocabulo esse q̃ merito Moysem imitetur.et Aaron quid enim dicitur de eis?quia non discebant de tabernaculo domini .erat ergo Moyses indesinenter in tabernaculo domini . quod autem opus erat ei vt aut a deo aliquid disceret aut ipse de deo populum doceret hec duo sunt pontificis opera vt aut a deo discat legendo diuinas scripturas et se / pius meditãdo aut populum doceat ꝫ illa

doceat que ipse a deo dedicerit nō ex pro prio corde vel ex humano sensu sed que spiritus scūs docet. Est ꝛ aliud opus qd̄ faciebat moyses. ad bella non vadit non pugnat contra inimicos sed quid facit? orat ꝛ donec orat vincit populus eius. Si relaxauerit ꝛ demiserit manus populus vincitur ꝛ fugatur. Oret igitur sacerdos ecclesie indesinenter vt vincat populus qui sub ipso est hostes inuisibiles amalachitas qui sunt demones impugnantes eos qui pie viuere volūt i christo. h ibi. Habetur etiā hac lege canonica ꝙ clerici ꝛ religiosi precipue tenentur orare patet h. 12. q. prima vbi sic dicitur. Duo sunt genera xpianorū est autē vnum genus qd̄ mancipatum diuino officio ꝛ deditum contemplationi ꝛ orationi ab omni strepitu temporaliū cessare conuenit vt sunt clerici ꝛ deo deuoti s. conuersi. Hētur etiā ꝙ illi qui viuunt de elemosinis precipue debent vacare orationi. patet. 10. q. 1. ca. Quia sacerdotes. vbi sic dicitur. Quia sacerdotes pro omnibus orare solent quoꝝ elemosinas ꝛ oblatiōes accipiunt qua fronte presumant layci oblationes quas christiani pro peccatis suis offerunt vel comedere vel alijs concedere. cum ipsi non debeant ex officio pro populo orare. h ibi. In hac lege habetur ꝙ per orationē secreta reuellantur. patet. 8. q. 1. c. Si ergo. vbi sic dicitur. Quis erit qui se idoneum ad constituendū populi principem iudicet nisi hoc ei oranti ꝛ petenti a domino reuelletur. ¶ Item habetur ꝙ p orationem mortui iuuantur patet. 13. q. 2. c. Non estimemus. c. pro obeuntibus extra de celebratione mis. c. Cum marthe. Non solum enim ille qui iudicatur. sed etiā amicus eius potest appellare pro illo qui ducitur ad mortem. ff. de appellationibus. l. Non tantū. Sic de appellatione quam facit iustus pro peccatore in oratione appellat ad deū. vnde Jacob. 5. dicitur. Oratio fidei saluabit infirmū ꝛ si in peccatis fuerit remittuntur ei. ¶ Quinto idem pbatur auctoritate ethica. i. phoꝝ moza. Nam Plato sic inquit in thymeo. Cū omnibꝰ sit mos ꝛ quasi quedam religio qui vel de maximis vel de minimis rebus aliquid acturi sunt precari ad auxilium diuinitatē quanto nos equius est vniuersitatis naturesubstātieqꝫ rationē prestaturi sumus inuocare diuinam opem nisi plane scio quodam furore atqꝫ implacabili capiamur amentia. sit ergo nostris precibus comprehensum maxime quidem vt ea dicantur a nobis que placeant deo. h ille. ꝛ Boetiꝰ. noster libro tertio de consolatione de ipso Platone dicit: vt platoni placet in minimis quoqꝫ rebus diuinum debēt iplorari auxilium. Inuocandum ergo censeo oium rerum patrē quo pretermisso nullum rite fundatur exordiū. in deo preces vestras ponite que si recte sunt inefficaces esse nō possunt. Hoc idem docet Didimus ad Alexā. di. Uerbo deus propiciatur orantibus. qd̄ ei solum est cū homine suaqꝫ similitudine delectatur h ille. ꝛ Anthenodorꝰ stoicus dicit. Tūc scito te omnibus cupiditatibus esse solutū cum eo perueneris vt nihil deū roges nisi qd̄ possis rogare palam. q. d. dum sumus in hac vita opus habemus orare. ꝛ Porphirius dicit. Deus vtpote omniū pater nullius indiget sꝫ nobiscum bene ē cum per iustitiā ꝛ castitatē eum adoramus ipsam veram precem ad deum fundentes per imitationē ꝛ inquisitionem de ipso. Inquisitio enim purgat imitatio deificat affectionem ad ipsū operando. propterea concludit Ualerius in prologo di. Prisci oratores a ioue optio maximo bene orsi sunt excellentissimi vates ꝛ numine aliquo principia traxerunt. ¶ Sexto hoc idem probatur auctoritate poetica. ꝛ pro Juuenal' libro quarto satyra dicet.

Orandū est vt sit mēs sana ī corpore sano
Fortē posce aīum mortis terrore carentē.

Scdo Ouidij de arte amandi li. pri° dicit
Flectitur iratus voce rogante deus.
Facile e oia posse do. Et li.d puncto dic.
Cofugit interdu templi violator ad aram
Nec petere offensi numinis oret opem.
¶ Tertio Prosp li. Epigramatu. di. sic
Laus vera i dnm deprimit ore precantis.
Si que voce fluut intima cordis habent
Qui dedit vt queras dedit vt inuenias
Cu deus effectu precibus no pstat iniqs
Multu concedit qd nocitura negat
Nam iratus fineret qd prohibet placid9
Cu pia mes i laude dei superata labores
Gaude q tm te bene vincit opus
Quere bonu sine fine bono et pliste repto
Querere no heant talia vota modum
Nam q se nullo iam munere credit egere
Crescere no cupiens perdit adepta tepes
¶ Septimo et vltimo hoc idem probatur auctoritate auctentica. s. quatuor ecclesie doctorum et primo Grego libro secundo mora.sic.di. Ille deo veram oratione exhibet qui semetipsum q pulvis sit. humiliter videt qui nil sibi virtutis tribuit qui bona que agit esse de misericordia conditoris agnoscit tunc cor fiduciam in oratione accipit cu sibi vite nulla prauitas cotradicit ¶ Secudo auctoritate Augu. in quodam sermone sic dicetis. Oratio est aie sancte presidium: angelo bono solatium dyabolo supplicium gratum deo obsequium et perfecte religionis laus perfecta gloria spes certa sanitas incorrupta. h ille. ¶ Tertio auctoritate Ambro. super illud Lu. xj. Pater noster qui es etc. sic di. Attolle oculos ad patria que te per lauacrum genuit ad patrem qui te per filium redemit. et dic pater noster bona presumptio sed moderata patrem dicis quasi filius sed noli tibi aliquid specialiter vedicare solus christi est pater specialiter omnibus nobis in communi est pater: qui illum solum genuit qui nos creauit. h ille. ¶ Quarto auctoritate Hieronymi ad paulinum presbiterum de instructione clericorum et monachoru sic di. Semper in manu tua sit sacra lectio frequenter est orandum flexo corpore mens erigenda ad dominu crebre vigilie et ventre vacuo sepius dormiendu. Et in epistola ad Eustochium. Nec cibus inquit ante sumatur. nisi oratione premissa nec recedatur a mensa nisi refferantur gratie creatori noctibus bis terqz surgendum reuoluentur de scripturis: que memoria teneamus: egredientes hospicium armet oratio regredientes d platea oratio occurrat ante qz sessio nec prius corpusculu qz anima pascatur ad omnem actum incessu ne manus pingat crucem. h ille. Et ideo in epistola ad furiam de viduitate seruanda. sororem spiritualiter suam laudans ab orationis exercitio dicit. O si videres sororem tuam et illud sacri oris elloquium coram audire contingeret cerneres in paruo corpusculo ingentes animos audires totam veteris et noui testamenti suppellectile ex illius corde feruere ieiunia pro ludo habet orationem pro delitijs tenet timpanum in exemplum marie et pharaone submerso virginum choro precinit. cantemus glorioseze. m. est. e. et as. p. in mare has docet psaltrias xpo has fidicenas erudit saluatori sic dies: sic nox ducitur et oleo ad lampades preparato sponsi expectatur aduentus. imitare ergo et tu cosanguineam tuam habeat roma q angustior vrbe romana possidet bethleez habes opes facile est tibi indigentibus victus subsidia ministrare. h ille. patet pars secunda sic.

¶ Pars tertia huius sermonis in qua probatur multiplici exemplaritate orationem esse necessariam ad salutem.

TErtio et vltimo necessitate oratio nis ostendit exemplaritas gentilium et xpianorum sanctorum. Et ordinate procedendo septe exempla hic infra nar

rantur tria gentilium ⁊ quattuor sanctorũ ad orationem vti necessariam inducentia. ℭ Primum exemplum narrat Ualerius libro secundo.c.pmo di. Nã si aliquãdo in tercessisset aliquid iurgij inter virum ⁊ vxorem ambo veniebant ad templuꝫ dee viriplace.i. veneris sic nominate quia vi ros placabat vxoribus ⁊ ibi faciebant sol lemnia sacrificia ⁊ precipuas orationes ⁊ post hᷓ colloquebantur mutuo vt sic con tentione deposita concordes redibant do mum. ℭ Secundum exemplum narrat idem Ualerius libro quinto capitulo.10. di. Quod Marcus puluilus tertius con sul romanorum post Ualerium publicolã cum i capitolio ioui optimo maximo edẽ pontifex dedicaret inter que nuncupatio nem solemnium verborum postem tenẽs filium suum mortuum audisset neqꝫ manũ a poste remouit ne tanti templi dedicatio nem interrumperet. nec reuocauit oratio nem quam inceperat nec recessit a capito lio nec vultum a publica religione ad pri uatum dolorem ne patris magis qꝫ ponti ficis partem egisse videretur. ℭ Tertiuꝫ exemplum narrat idem Ualerius ibidem di. quod Xenophon magnus phs. faciens sollemne sacrificium ⁊ orationem audiuit filium suum maiorẽ mortuuꝫ apud manti neam in bello quod athenienses habebãt cum epamitiunda duce thebano nec ob hᷓ a sacrificio ⁊ oratione cessauit. pauci eniꝫ reperiuntur similes qui non abiecissent omnia ⁊ lacrimari cepissẽt. ℭ Quartum exemplum est sanctorum ⁊ est Anne de qua Lu. secũdo dicitur erat Anna prophe tissa filia phanuel de tribu Asser ⁊ processe rat in diebus multis ⁊ vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua ⁊ hec vidua vsqꝫ ad annos octuagintaquatuor que non discedebat de templo ieiunijs ⁊ obsecrationibus seruiens deo nocte ⁊ die. hᷓ ille. ℭ Quintum exemplum est aposto lorum. ℭ Sextum est virginis Marie de quibus simul dicitur actuũ primo. Hi omnes erant vnanimiter perseuerantes in oratione cum mulieribus ⁊ maria ma tre Jesu. hᷓ ibi. ℭ Septimũ ⁊ vltimum est ipsius sancti sanctorum exemplum xpi Je su domini nostri. de quo querit b. Bona. Utrũ decens fuerit ipsum orare. ⁊ respon dit in tertio. di. 17. articulo. 2. q. 2. Quod absqꝫ dubio decens fuit xpm orare maxi me i diebus carnis sue ⁊ hoc quadruplici ratione. ℭ Primo propter meritum quia sua petitione ⁊ postulatiõe merebatur no bis qui minus eramꝰ idonei ad suscep tio nem beneficiorum dei. ℭ Secundo ꝓpter veritatis arbitrium vt ostenderet se vere esse hominem ⁊ vere a deo missuꝫ: propter quod dicitur Jo. xj. Gratias tibi ago domi ne quoniam audisti me ego autem sciebaꝫ quoniaꝫ me semper audis sed propter po pulum istum qui circonstat dixi vt credãt quia tu me misisti. ℭ Tertio propter offi cium quia xps habebat dignitateꝫ ⁊ pon tificis administrationem: vnde sicut ad eius officium pertinebat sacrificium offer re pro peccatis ita ⁊ pro peccatoribus exo rare. vnde ad hebreos. 6. dicitur. Omnis pontifex ab hominibus as. pro. ho. const. in his que sunt ad dominum. Et infra. ca. 7. dicit. Talis decebat vt esset nobis pon tifex impollutus segregatus: ⁊ excelsior celis factus. ℭ Quarto ⁊ vltimo propter exemplum vt. s. discipulos ⁊ cõsequenter omnes nos incitaret ⁊ inuitaret ad oratio nis studium. de cuius oratione dicitur Mat. 26. Sedete hic. donec vadam illuc ⁊ orem: ⁊ progressus. pus. proc. in fa. s. ⁊. o. d. pater si possibile est ⁊c. vbi nos docet nostram voluntatem debere voluntati di uine conformare. ⁊ debere perseuerare in oratione quia ipse ter orauit. Et de eius ẽt oratione legitur Mat. 14. vbi habetur di missa turba ascendit in montem solus ora re. ⁊ Mar. primo. Diluculo valde surgẽs egressus abijt in desertum locum ibiqꝫ

orabat. ꝛ Lu. 4. dicitur. Jeſu baptizato ꝛ orante apertum eſt celum. ꝛ idem ca. 6. Factum eſt in diebus illis exijt in montem orare ꝛ erat pernoctans in oratione dei. Et. 9. c. Facta eſt dum oraret ſpecies eius altera. ꝛ. 23. docet nos exemplo quod docuerat Mat. 5. dicens. Diligite inimicos veſtros ꝛč. pro crucifixoribus orando ſic Pater dimitte illis quia neſciunt quid faciunt. Pro ſe orauit Jo. 12. di. Pater ſaluificа me ex hac hora. ꝛ. 17. Orauit pro aliis di. Ego pro eis rogo non pro mundo. Ad exemplum igitur noſtrum xp̃s orauit vnde Augu. in ſermone de oratione di. De domino noſtro ſcriptum eſt. ꝙ procidens in terram ita orauit vt ab eo ſanguine gutte in terram ſtilarent. quid. n. indigebat xp̃s vt ita ſupplicaret non ille quidem indigebat ſed nobis exemplo ſuo orationis reuerẽtia ꝑparabat. Orat miſericordia ꝛ non miſeria? Orat caritas ꝛ non humiliatur iniquitas? Orat medicus ꝛ nõ humiliatur egrotus? Orat innocentia ꝛ non orat nequitia? Orat qui non fecit peccatum n. ſu. ẽ. d. i. o. eius. ꝛ non orat eterniſ penis obnoxius? Orat iudex ꝛ deſiderat parcere ꝛ non orat reus vt indulgentiam mereatur accipere? Orat iudicaturus ꝛ non orat qui eſt iudicandus non ergo pigeat noſtram infirmitatem ꝙ vnuſquiſqȝ proſtratus i terra ſe pro ſe humiliet. h̃ ille ꝛ ſuper ps 56. Idem di. Ad hoc orauit xp̃s vt doceret orare: ad hoc paſſus eſt vt doceret pati: ad hoc reſurrexit vt doceret ſperare reſurrectionem. Et in libro de oratione dominica dicit idem Augu. Quã do xp̃s orabat qui ſine peccato erat quanto magis peccatores oportet orare ꝛ ſi ille per totam noctem vigilans precibus orabat quanto magis in oratione debemus in nocte vigilare. h̃ ille vt ſic refecto tempore ꝛ ignauia gratiaȝ orando hic adepti ꝛ gloriam in futuro conſequamur perfruamurqȝ ipſo preſtante qui per eterna ſecula viuit ꝛ regnat deus. Amen.

¶ Feria quinta poſt primã dominicam in quadrageſima de comendatione oratiõis propter eius vtilitatem ꝛ dignitatem. Sermo. 27.

M Iſerere mei fili dauid Scribũtur hec verba Mat. 15. c. ꝛ in euangelio occurrentis ferie. Nihil enim fratres in xp̃o chariſſimi in rebus virtuoſis oratiõe facilius repetitur. Nam ſi quiſpiam forte dixerit vobis vt debeatis ieiunare: duruȝ forte videbitur ꝛ de impotentia vos excuſabitis ſimiliter ſi d̃ elemoſina graue erit ꝛ paupertatem obicientes vos ſubterfugietis. Sed vnũ ſacrificium eſt leue. qđ omnes offerre poſſunt indifferenter. ſ. oratio. vñ Criſoſtomus dicit. Sola oratio ẽ quaȝ omnes indifferenter velut ſpãle tributũ offerre dñ pñt abſqȝ ↄtradictõe. h̃ ille. Nã tãte facilitatis ẽ orõ ꝙ vbicũqȝ ꝛ qñocũqȝ ſtãtes orare poſſum⁹. vñ Augu. li. 3. ad ſimplicũ. q. 4. ait. Nã ꝛ ſtãtes oram⁹ ſicut ſcriptũ ẽ publican⁹ at de longe ſtabat. ꝛ flexis genibus ſicut in actib⁹ aploꝝ legimus. ꝛ ſedentes ſicut dd ꝛ ſcũs helias qñ orando pluuiã impetrauit: ꝛ etiam iacentes. vnde ps. Lauabo per ſingulas noctes. l. m. l. m. ſtra. m. rigabo h̃ ille. Et ideo cananea mulier orãs dicebat propoſita verba di. Miſerere mei domine ꝛč. Ex qua oratione ſalutem ſue filie impetrauit qua d̃re fruct⁹ orationis ꝛ vtilitas dignoſcitur. Ad cuius virtutis comendationẽ. Tria alia hẽmus conſiderare de orõne in ſermone preſenti. ¶ Primũ quoȝ dicitur vtilitas. ¶ Secũdum contrarietas. ¶ Tertium quoqȝ dignitas.

¶ Pars prima huius ſermonis in qua declaratur quante vtilitatis ſit oratio qꝛ ſeptem ex ea procedunt fructus.

PRimo igitur circa orationis utilitatem oritur dubium. an oratio debitis conditionibus facta sit efficax ad impetrandum videtur eni q sic. quia Mat. septimo dicitur. Omnis qui petit accipit. vbi glo. ait. Non denegat se petentibus: qui sponte obtulit se nō petentibus: sz omnis anima cui non denegat se dominus ē impetratiua eius quod petitur. ergo rc. Et Mat. 21. dicitur. Omnia quecūqz petieritis in oratione credentes accipietis. i. secundū glo. hi qui digne petunt: sed qui digne petunt debitis conditionibus petūt. ergo rc. Preterea Jo. 15. d. Si manseritis in me et verba mea in vobis manserint. q. u. p. et fiet vobis vbi glo. dicit. Si quid petit fidelis et non fit ideo fit quia non petit hoc quod habz mansio in eo. Ex quo patz q qui non exauditur non petit debitis cō ditionibus. ¶ Sed contra videtur qz ad Hebre. 12. dicitur de Esau. Nō inuenit penitentie locum qzqz cum lachrimis inquisisset. sed talis erat debita oratio. ergo rc. Preterea Aug. dicit. Orat quidam pro quibusdam pie sancteqz pro quibus non exauditur: sed oratio sic facta ē debite facta ergo rc. ¶ Preterea optans declinare a malo conuenienter petit extingui incentiuū peccati: sed paulus non exauditur de hoc. 2. ad cor. 12. ergo rc. ¶ Ad hanc questionem rūdet Alex. de al. di. Quod omnis oratio habens conditiones debitas. s. q fiat pro se de necessarijs ad salutem cuz perseuera tione semper est exaudibilis et impetratiua. vnde Aug. li. de vera inocentia. c. 88. dicit. Fideliter supplicans deo pro necessitatibus huius vite: et misericorditer audit: et misericorditer non auditur. quid eni vtile sit infirmo magis nouit medic9 qz egrotus. si enim quod deus precipit et promittit postulat fit omnino quod poscit: quia accipiet caritas: quod parat veritas. Cuius triplex est ratio scilicet suma liberalitas exaudiētis. suma veracitas. suma amicabilitas. ¶ Primo quia est sume liberalis. promptior enim est ad dandum qz homo ad recipiendum: quādo inuenit hominem bene dispositum et habilem infundit suam bonitatem super eum differenter tamen quia diffusio patris luminz est voluntaria sicut sol diffundit radios suos super susceptibile sed solis diffusio est naturalis. ¶ Secūdo quia est sume verax iuxta illud numeri. 22. Non est deus quasi homo vt mentiatur: nec vt filius hominis vt mutetur. dixit ergo et non faciet? locutus est et non implebit? q. d. immo liberalitati enim addit deus promissionem non: quia non posset sine promissione: sed vt fidē certam daret de impetrando. ¶ Tertio quia ipse est sume amicabilis: et ideo sicut amor facit quod habet in potestate sua voluntatem amici ita etiam anima sancta habz in potestate sua quodammodo voluntatem dei ex maxima vnione vnius ad alterum. inde est quod deus non vult negare anime quod petit rationabiliter in oratione: ideo eius oratio non potest esse inefficax. ¶ Dicas ergo ad primum in oppositum q oratio Esau non fiebat pie: quia non ex compunctōe. sed magis ex rācore et odio procedebant eius lachryme. vnde glo. super predictum apostoli verbum dicit. Nō inuenit locum penitentie: quia non penituit vt debuit di. gen̄. 27. venient dies luctus patris mei et occidam Jacob fratrem meum. Et infra lachryme ille potius fuerunt ex indignatione contra fratrem et dolore amisi honoris qz humilitate veraqz penitentia. hec ibi. ¶ Ad secundum argumentum quare sancti n̄ sunt exauditi dicas q est indignitas eorū pro quibus orant quorū volūtas discordat a volūtate dei vn̄ eorū orō nō fuit rōnabilis. ¶ Ad vltimū dicas q si qs petit vt incētiuū] nō dn̄ef rōnabiliter petit et est efficax sinaūt petit totaliter remouerī irratiōabiliter petitur. vnde dominus reliqt illud in paulo ad exer

citiū ⁊ augmētum meriti. Est ergo oratio impetratiua ⁊ multū fructuosa. Quis eniȝ multe sint orationis vtilitates solū tantum nr̄o more septē describemus. quia orō est. ¶ Primo pcōꝝ satisfactiua. ¶ Scd̄o est tentationū supatiua. ¶ Tertio ē hostium tēporaliū vincitiua. ¶ Quarto est infirmitatum corporaliū leuiatiua. ¶ Quinto est filioꝝ adoptiua. ¶ Sexto est mentiū illuminatiua. ¶ Septimo ē grē ⁊ glorie acquisitiua ⁊ celi reseratiua. ¶ Primo dico ē peccatoꝝ satisfactiua: qꝛ est opus afflictiuum sensualitatis. Nā cum sit opus cōuertens ⁊ eleuās in deū trahit quasi quadā necessitate ⁊ violentia sursum rōnem. Sensualitas autē trahit eam deorsum: ⁊ sic efficit quedā diuisio inter rōnem ⁊ sensualitatem ac per hoc oritur quedā repugnātia imo pertinax pugna. ⁊ qm̄ oratio ē virtuosior preualet in eleuādo ⁊ trahēdo rōnem affligitur pars illa hominis que inferiorē determinat. s. ex parte sensualitatis ⁊ carnis ¶ Scd̄o est satisfactiua qꝛ est opus placatiuū diuine seueritatis: Nam ipsa ē quoddam sacrificiū deo oblatū ad modū illius veri sacrificij quod fuit in cruce oblatum per passionē ⁊ mortē ⁊ p hoc ē suauissima in cōspectu diuine maiestatis ⁊ eo ipso sue seueritatis placatissima. cōformat eni nos xp̄o inquantū facit nos separi ab amore mundi. ⁊ ita quodāmō pati spūaliter mori mūdo ⁊ quodāmodo transformari ad mortē xp̄i. ¶ Tertio ē satisfactiua qꝛ est opus humiliatū ipsius mētis. Nam facit hominem cōuerti in se ⁊ supra se. in se ad videndam suā paruitatē infirmitatē ⁊ feditateȝ. supra se ad considerandā diuinā sublimitatem virtutē ⁊ pulchritudinē. cuȝ enim illa interior feditas si bene cognoscatur non pōt non detestari. silr̄ si bene cognoscat ⁊ cōsideretur hoīs paruitas ⁊ infirmitas nō pōt non despicere ⁊ cōuertens se supra se nō pōt nisi deū honorare ⁊ sūme eū extollere ⁊ laudare ⁊ nō pōt deo nō se recōciliari ⁊ quasi sibi delectabilissimo ꝯiūgi. Ex his intelligit ꝙ orōni vacare ē debitā penam soluere honorē deo restituere ⁊ maxime i sacrificio sibi placito ⁊ pcōꝝ cās excidere ⁊ oē opus tale ē satisfactoriū. ꝑpter qd̄ cōcedendū est orōnem eē satisfactoriā. vade ergo aīa peccatrix ⁊ purga te orōne qꝛ sꝫ Augu. in libro de orōne dn̄ica. Opus eniȝ nobis quotidiana orō vt q quotidie delinquimus delicta assidua satisfactiōe repurgemus. Et 16. 21. de ci. dei. c. 24. Idē Aug. ait. Orō quotidiana quā dn̄s ipse docuit. que dn̄ica nolatur. delet qdem quotidiana pcā cum quotidie dr̄ di. n. d. n. Et sic patet pria orōnis vtilitas. ¶ Secundo orō est tentationū superatiua: vn̄ Isidorus libro tertio de sūmo bono. c. 7. dicit. Hoc est remediū eius q vitioꝝ tentationib⁹ extuat. vt quotiens quolibet tangit vitio totiens ad orōnem se subdat recurrendo: quia frequēns orō vitiorum impugnationē extinguit. Et Hiero. ad saluinā de viduitate seruanda. Sēper in manibus tuis diuina sit lectio ⁊ tam crebre orōnes vt oēs cogitationum sagitte qbus adolescentia percuti solet huiuscemodi clipeo repellātur: h ille. Naȝ sicut homines solent clamare ꝑpter ignē aquam ⁊ hostes: ita ⁊ nos cōtra hec tria spiritualr̄ sumpta oꝫ orare. s. ꝯtra ignē carnis: aquā mūdi: ⁊ hostes īferni. ¶ Primo eni incendimur cōtinue igne carnalis ꝯcupie ideo oꝫ clamare ad aquā diuie grē qua fit in bibente fons aque viue saliētis in vitā eternā. Jo. 4. ¶ Scd̄o agitamur cōtinue fluctibus negotioꝝ ⁊ periculoꝝ seculi rex secundaꝝ ⁊ infortunioꝝ ideo opus ē clamare cum ꝓpha ⁊ dicere. Saluū me fac d. q. int. a. u. ad. a. med. Infixus. s. i. l. pf. ⁊ nō ē substātia. ps. 68. Et cū aplīs dicam⁹. Domine salua nos perimus. Mat. 8. ¶ Tertio habemus cū forti aduersario nr̄o dyabolo mutuā luctam q iugiter studet nos deducere ad perditionē vitijs ⁊ maxime peccato superbie. vn̄ Job. 41. Nō est ptās

in terra que comparetur ei qui factus est
vt nullum timeret omne sublime videt ip
se ē rex super omnes filios superbie. h ille
Ideo nos hortatur petrus prie vltio. So
brij estote ⁊c. Quia hoc genus demonioꝝ
non eicitur nisi per orationem ⁊ ieiuniū.
Mat. 17. ⁊ Mar. 9. Nam ipsa est que de
mones cruciat vnde clamabat quidam de
moniacus Bertho. aplē incendūt me ora
tiones tue. Oratio etiā demones expellit
vnde thobie. 6. Raphael angelis monuit
thobiam tribus diebus abstinere ab vxo
re ⁊ ambos in oratione persistere ⁊ dyabo
lus non haberet potestaté super eos. Sa
tis de scda vtilitate. ¶ Tertio est hostiū
téporalium victiua. vnde Exo. 17. dicit.
Cum elleuabat Moyses ad dominū ma
nus vincebat populus. si vero aliquātulū
deponebat vincebat Amalech. vnde ⁊ Iu
dith quarto dicebat eliachim sacerdos po
pulo timenti hostium impetū ⁊ fortitudi
nem. Memores estote moysi serui domi
ni qui amalech ꝯfidenté in virtute sua ⁊ in
potentia sua ⁊ in exercitu suo ⁊ in clipeis
suis ⁊ in cursuis ⁊ in eqtibus suis n̄ ferro
pugnando sed precibus sanctis deiecit. h
ibi. Ubi glosa dicit. Similiter nunc plus
valet vnus homo orando q̄z inumeri ho
mines preliando. h ibi. Unde filij israel pu
gnaturi contra philisteos rogauerunt Sa
muel vt pro ipsis oraret primi Re. 7. Io
saphat rex iuda timore perterrit⁹ ob mul
titudinem que contra se venerat totum se
conuertit ad orandū scd̄i parali. 20. Simili
ter Iudith premisit orationē ante q̄z ho
lofernem truncaret. 13. c. Unde ipse domi
nus dicit baruth. 4. Clamate ad me ⁊ ego
exaudiā ⁊ eripiam vos de manibus prin
cipum iniquorum. h ille. Ex quibus sequi
tur. ꝙ in omnibus angustijs ⁊ tribulatio
nibus ad orationem debemus recurrere.
Nam ⁊ ad precem Moysi. di. Aut dimit
te populo hanc noxam aut dele me de li
bro tuo dominus populo pepercit. Exo.

32. Ideo leuit. 4. dicitur Rogante pro eis
sacerdote propicius erit domin⁹. Roga
te etiam Moyse absortus est ignis qui
deuorabat castra murmurantium numeri
xj. Deprecatus est Aaron pro populo ⁊
plaga cessauit numeri. 16. Unde Augu. su
per Apoc. omel. 10. di. Quotiens persecu
tiones irrogantur ecclesie sanctorū oratio
nibus aut amouentur aut téperantur. Et
sic patet tertia vtilitas. claret etiā hoc exē
plo. S. clare. ¶ Quarto oratio est infirmi
tatum corporalium leuiatiua vnde Eccle
stici. 13. dicitur. Fili in infirmitate ne despi
cias temetipsum sed ora dominū ⁊ sanabit
te. ⁊ Iaco. 5. Infirmatur quis in vobis in
ducat presbyteros ecclesie: vngentes eum
oleo i nomie domini ⁊ oratio fidei sanabit
infirmum ⁊ alleuiabit eum domin⁹. qua
ex re prolungat etiā vitam. Isa. 38. Audiui
orationem tuam ⁊ vidi lacrimas tuas ec
ce ego addiciam super dies tuos annos
quindecim. ⁊ de manu assyriorum eruam
te ⁊ ciuitatem istam: ⁊ protegam eam: Su
sanna a morte turpissima oratiōe liberatur.
Dan. 13. Oratione etiam moysi Maria
eius soror a lepra curatur numeri. 12. Et
ideo narrat tale exemplum Cesarius. q
quidam miles. raptor ⁊ predo iussu Fede
rici imperatoris captus ⁊ laqueo suspen
sus est. die autem tertia iuxta patibulum
alius miles equitans dixit famulo suo q̄
pulcher fuit homo ille. Cui respondit fa
mulus dn̄e vir iste consanguineus vester
fuit ⁊ accedentibus propinq⁹ vt sepelirent
dixit qui fuerat suspensus. Adhuc viuo de
ponite me. ⁊ sic depositus dixit. Ego pec
cator modicum obsequij impendi deo ideo
mei est misertus. singulis enim diebus
ter pater noster sancte trinitati dicere
consueui angelica salutatione premissa
quinqz etiam orationes cum Aue maria p
vulneribus xp̄i. Similiter vnū pater no
ster angelo cui sum commissus. Et vnū cor
pori xp̄i qd̄ cōficitur in toto mundo ptis

finē vite mee tāto viatico merear effici dignus qđ ⁊ mihi ſua mīſericordia preſtitit iō rogo vt mihi ſacerdotem vocetis ⁊ ſic cōfeſſione ⁊ comuniōe premiſſa mox ſpiritū̄ celo reddidit ⁊ ſic patet quarta vtilitas. ¶ Quinto eſt filiorū̄ adeptiua. quia orōne premiſſa ſteriles pariunt. vnde Iſaac ōprecatus ē dominū̄ pro vxore ſterili ⁊ peperit. Geneſis.25. Anna orando ⁊ lacrimādo filiū̄ ɔcepit. primi Re. pri̇o. Heliſeus hoſpiti ſue oratione filiū̄ impetrauit quē poſtmodum a mortuis ſuſcitauit. q̄rti Re. 4. ¶ Sexto oratio eſt mentis illuminatiua. vnde ſup illud ac. xj. erat petrus in ciuitate orans dicit Augu. orōne melius ſoluuntur dubia q̄ȝ inquiſitiōe alia. vnde propheta ait Bedaratio. ſer. 4. illuīat ⁊c. Et Augu. in ſermone tertio aplo_r pe. ⁊ pa. ait ois ſanctus q orat relinquēs humilia ⁊ terrena in altū̄ mentis extollit ⁊ in ſublime ſuſpenſus rapitur ⁊ cognitione ſancta celo efficitur vicinior. hec ille. Ex quo etiā ſequitur q̄ oratio ad amorem inflamat. quia intellectum ſequitur voluntas ⁊ ad bonū̄ perceptū̄ afficitur. hinc quarti Re. pri̇o dicitur. Qđ deſcendit ignis de celo ad orationem helie ⁊ tertius quinquagenarius accenſus. ſ. ad amorem dei. vnde ⁊ apoſtoli orantes inflati ſūt a ſpiritu ſcō. ac. ſcdo. Et Augu. i libro de ſalubribus documentis ait. Orō nāq̄ȝ iugis vnctio eſt aīe per orōnes piiſſimas oīa nobis vtilia tribuūtur a dn̄o ⁊ cuncta noxia fugantur ⁊ ne diutius de hac diſputem vel nimiū̄ morer ſicut ex carnibus eſcis aliter caro ita ex diuinis eloquiis ⁊ orationibus interior homo nutritur ⁊ paſcitur. hec ille. Et ſic ſexta rō. ¶ Septimo orō ē grē ⁊ glie acq̄ſitiua ⁊ celi reſeratiua. De poſt Lu. 18. dr̄. Qđ publicanus humiliter orans deſcendit iuſtificatus. vnde Lu. xj. Quis autē ex vobis patrē petit panē numquid aut lapidē. aut piſcem dabit illi numquid pro piſce ſerpentem aut ſi petierit ouum numq̄d porriget ei ſcorpionē ſi ergo vos cum ſitis mali noſtis bona data dare filiis veſtris quanto magis pater veſter cel. de celo dī. ſp. b. petentibus ſe ibi. ¶ De ſecūdo hētur Lu. 23. Nam dicenti latroni. Memēto mei d. ⁊c. dixit dominus. Amē dico tibi hodie mecū̄ eris in paradiſo. pete ergo anima mea regnū̄ celorum ⁊ dabitur tibi quia Mat. xj. Regnuȝ celorū̄ vim patitur ⁊ violenti rapiunt illud. ſ. feruenti oratione. De tertio pȝ ac. 8. de beato Stephano qui in martyrio deuȝ orans vidit celos apertos ⁊c. Et ſic patet vltima orationis vtilitas. ⁊ po pria huius ſmōis. ¶ Pars ſecunda huius ſermonis in qua oſtenditur orōnē eſſe valde ɔtrariam dyabolo quā ideo ſūme impugnat.

Secundo in iſto ſermone comēdatur oratio rōne cōtrarietatis qr. ſ. mltū̄ i orōne ab aduerſario ipugnamur ex quo dat intelligi q̄ȝ bonū̄ ſit orōnis exercitiuȝ alr̄ eni ipſe demon nos nō impugnaret ſȝ qr videt orōnē nobis eē vtilem ⁊ neceſſariam ſollicite ⁊ multipliciter nos ipedire conatur ſicut ſolēt hoſtes aduerſario_r nūcios ipedire p ſubſidio miſſos vn̄ Criſo. in omel. fer. 5. dominice prīe i q̄dragesima dicit. Dyabolus inuidus ⁊ inimicus generis humani qū̄ oramus tunc magis incūbit ⁊ obſtrepit nō nos impulſat in ſecularibus tacemus i lectul' nr̄is cogitationibus ſecuri venimus ad orōnem ⁊ mille nos cogitationes ſtimul' perturbant. h ille. patet hoc p exēplū̄ illō qđ ponit Gre. i li. dya. de illo monacho qui in orōne cum aliis pſeuerare nō poterat quidā enim niger paruulus ſ. dyabolus eū̄ p fimbriam veſtimēti extra ecclīam ducebat ſȝ virga ab abbate percuſſus ex tūc permanſit ⁊ in orōne ſtetit. quāto ergo magis i orōne impugnamur tāto magis ad dn̄ȝ i orōne clamemus exēplo illius ceci Lu. 18. q a turba icrepatus vt taceret ipſe tāto plus clamabat ⁊ ſic obtinuit qđ rogabat de quo Gre. omel. 9. ſuper eodē euāgelio dicit. Ecce quem turba increpat vt

taceat ipse magis ac magis clamat q: q̃zto grauiori tumultu cogitationum carnaliũ premimur tanto orõm insistere ardenti⁹ debemus cõtradicit turba ne clamem⁹ q: pc̃õrũ nostrorũ fantasmata plerũqz in oratione patimur s; nimirũ necesse est vt vox cordis nr̃i quo duri⁹ repellimur valẽtius insistat quaten⁹ illicitũ tumultũ superet atqz ad pias aures dñi nimietate sue importunitatis erumpat. hec ille. Ex quibus claret pars sc̃da huius sermonis.

¶ Pars tertia hui⁹ s̃mõis in qua declaratur quante dignitatis sit oratio.

¶ Secundo inducimur auctoritate canonica. Nā Augu. 28. q.4. c. debet sic dicit. debet homo diligere proximū sicut seipsum quem potuerit hoiem beneficētie consolatione vel informatiōe doctrine vel disciplie cohertiōe ducat ad colendū deū. h ille. Qui ēt in.8. de tri. vt hētur in pmo sen. di. 27. c. Nunc aūt sicut dicit. Qui pximū diligit psequens ē vt ipsam pcipue dilectionē diligat deus āt dilectio est cōsequens ē ergo vt precipue diligat et in.8. de tri. vt habetur i ter. sen. di.17. c. hic querit iterz dicit vt qd ergo imus et currim9 in sublimia celoz et ima terraz querētes eum q est apud nos si nos vellim9 esse apō eū nemo dicat nō noui qd diligā diligat fratrez et sufficit

Et ideo concludit in li. de salutaribus do cumentis di. Non postulat a nobis deus aurum non argentum neqꝫ pallia neqꝫ vestes preciosas. neqꝫ armilas. neqꝫ agros ꝛ cetera huiusmodi: sed nosmetipsos querit ꝛ in nobis quiescere cupit accedamꝰ. ergo ad eum vt vitã eternã habeamus. habeamus in nobis dilectionem dei ꝛ proximi: qui diligit pximum legem impleuit: qui aũt econuerso odit homicida est. Qui diligit frem suum in tranquilitate est. corpus eius frem vero odiens circũdatus ẽ tempestate. vir mitis ꝛ benignus si patiatur malum pro nihilo ducit iniquus aũt etiaꝫ parum malũ audiens a proximo suo cõtumeliam arbitratur. Qui caritate plenus ẽ tranquilo animo ꝛ serenissimo vultu procedit. vir odio plenus ambulat iracũdus. hec ille. ¶ Ambr. etiã in quodaꝫ sermone dicit. Magna elemosina que ardentiũ criminum globos beniuolẽtie sue fonte refrigerat ꝛ irriguo largitatis obruit incendia delictorum misericordia largior vbi fides pmptior nihil tam comendat christianuꝫ qꝫ miseratio caritatis Greg. quoqꝫ in quadam ol. dicit. Precepta dñica ꝛ multa sũt ꝛ vnum multa p diuersitatem operis vnũ in radice dilectionis qualiter aũt ista dilectio sit tenẽda ipẽ insinuat qui implerisqꝫ scripture sue sentẽtijs ꝛ amicos iubet diligi in se ꝛ inimicos diligi pꝑter se. ille enꝫ veraciter caritatem habet. ꝛ qui amicum diligit in deũ. ꝛ inimicum diligit propter deum. hec ille. ¶ Tertio auctoritate polytica inducimur ad amorem pximi. Nam primo polyticorũ dicit Ari. Dilectio magis est eligenda qꝫ coitus quia dilectio fit p bonam voluntatem coitus aũt ẜm actũ carnaleꝫ. Et primo Rhetorice dicit diligi est pꝑter seipm amari. Et ibidem ẜo amicus ẽ qui amat ꝛ econtra qui amaẜ. ¶ Itẽ Tullius in libro. ꝺ officijs dicit scire debemus que in terris gignuntur ad vsum hominis creari homines autem hominum cã fuisse generatos vt ipi inter se alij alijs prodesse possint in hoc auteꝫ debemus ducem sequi ꝛ cõmunes auctoritates afferre in medium. hec ille. Qui etiã in li. de amicicia dicit amicitia omnibus rebus humanis preponenda ẽ nihil est tam nature aptum tamqꝫ conueniens ad res. secũdas vl' aduersas qꝫ amicicia quanta sit uix amicicie ex hoc intelligi potest ꝙ ex infinita societate generis humani qꝫ conciliauit ipa natura ita cõtracta res ꝛ adducta in augustum vt omnis caritas iter duos vel paucos concilietur. hec ille. ¶ Item secũdus plis sic dicit. Quid est amicicia? equalitas animoruꝫ quid amici desiderabile nomen hõ vix apparens infelicitatis refugiuꝫ indesinens felicitas. hec ille. item Señ. i epistola tertia ad lucill'. ait tam audacter cũ amico loquere qꝫ tecũ. ꝛ tu quideꝫ ita viue vt nihil eis cõmitas nisi quod inimico tuo cõmittere possis. hec ille. Salustius in cathelinario dicit. idem velle ꝛ ideꝫ nolle ea demũ vera est amicicia si quis etiaꝫ a culpa vacuus in inimiciciam prauorum inciderit quotidiano vsu atqꝫ illecebris facile par similisqꝫ ceteris efficitur. hec ille. Socrates vero sic inquit. Cuꝫ amicis breues rationes amicitias longas habere oportꝫ principiũ amicicie bene loqui exordiuꝫ inimiciciarum maledicere amicus raro acquiritur cito amittitur. hec ille. ¶ Iteꝫ pitagoras dicit amici sunt vnum ꝛ idem. vnde Hiero. contra Ruffinum sic inquit. Pitagorica sunt hec amicorũ omnia esse cõmunia. ꝛ amicum seipsum eẽ alterum. vnde ꝛ Ouidius dicit in li. de posito. Nomen amicicie barbara corda mouet. ꝛ sic patet hic auctoritate polytica. ¶ Tertio ad hoc inducimur triplici exemplo. ¶ Primuꝫ recitat Valerius i quarto li. de amicicia di. Quod damon ꝛ phytias qui fuerant discipuli pitagore tanta inuicem coniũcti erãt amicicia vt cum alter eoruꝫ dyonisius rex siue tyrannus cecilie interficere vellet: ꝛ

is tempus ab eo peteret domuz profectu
rus vt ordinarz res suas ⁊ impetrasset al
terum vadem.i.securitatem pro illius re
ditu tyranno dare non dubitauit appropi
quante autem die omnes cum stulticie ⁊
temerarium sponsorem damnabant, at is
nihil se de amici constantia timere predi
cabat hora autẽ constituta superuenit ami
ratus cum ceteriorex eos ambos libera
uit rogans vt ipsum in societatem amici
cie acciperent. ¶ Secundum est de amici
cia que legitur fuisse inter leliuz ⁊ Scipio
nem de qua plene loquitur Tullius in li.
de amicicia di. Idqz eo magis ẽ mihi cor
di ꝙ ex omnibus seculis vix tria autẽ qua
tuor paria amicorum nominantur in gene
re sperare videor Scipionis ⁊ lelij amici
tiam notam posteritati fore. ¶ Preterea
dicunt etiã antiqui ꝙ.5.fuerunt paria ami
coruz apud grecos.vz.thideus ⁊ polimies
Patroclus ⁊ Achiles .Theseꝰ ⁊ pithous
Diomedes ⁊ vlixes. Paliades ⁊ Horestes
Et postea fuerunt duo tirãni.s. Nise ⁊ cu
rialus amicissimi .¶ Tertium exempluz
ex lege ciuili elicitur d̃ illo qui potest col
ligere fructus arboris i alterius orto plã
tate de licẽtia legis.ff.de glande legenda
l.vnica vbi hẽt ꝙ si arbor tua sic pendeat
sup hortum alienum ꝙ fructus cadant in
ortum illius lex dat licentiam vicino tuo
colligẽdi fructus alienos in orto suo. Sic
in proposito si arbor tue caritatis sic pen
deat super ortum alienum.i.factũ vel ver
bum alienuz ꝙ bona verba ⁊ opera sua ex
caritate diligas ⁊ mala quantum in te est
corrigas ⁊ offensas remittas in omni par
te orti sui.idest i omni verbo vel facto fru
ctus colligis caritatis prime ad thesa.
quarto. Deus vos multiplicet ⁊ abunda
re faciat caritatem vestram in inuicem.
¶ Preterea sicut quando facta est pax :
vel tregua inter duos principes , ille qui
primo incipit persequi alium : vel bellum
indicere occidendo.vel comburendo vere
pacem frangit argumentum.ff.d̃ offi.pre
fec.vrb .l .cum paternis in.ff.veteri libro
primo . Ita homo reputatur alterius ini
micus qui est contra vnum de suis ⁊ repu
tatur contra patrem qui est contra filium.
Sed omnes sumus filij dei creatione , vn
de dicitur Mathei.5. Estote perfecti sicut
⁊ pater.u.c.per est.ergo qui oderit proxi
mum odit deum secundum illud Johãn.
15. Si mundus vos odit scitote , quia prio
rem me vobis odio habuit. Ex quibus pa
tet, propositum. Et pars secunda huius ser
monis.

¶ Pars secunda huius sermonis in qua
declaratur ratio quare sit assignatus mo
dus diligendi proximum.

TErtio in isto sermone aduertendũ
est ꝙ sicut dilectio dei est sine mo
do vt in superioribus iam diximus ita
econtra proximi dilectio modum vult ha
bere ⁊ mensuram secundum omnes theo.
in tertio di.27.maxime.B.Tho.ar.i.in so
lutione tertij argumenti quod probatur
tripliciter.vz. Ratione.auctoritate.⁊ simi
litudine. ¶ Primo ratione sic dilectio fi
nis excedit dilectionem eius : qui ordina
tur ad finem eo ꝙ dilectio finis est causa
diligendi id quod est ad finem : quia sicut
dicit philosophus secundo philosophorũ
finis necessitat ea que sunt ad finem sed ta
les sunt he due dilectiones scilicet dei ⁊ pro
ximi : quia proximus diligitur propter de
um sicut propter vltimum finem deus au
tem diligitur vt finis : ⁊ vt causalis ratio
diligendi proximum ⁊ etiam omnia alia.
ergo non potest esse aliqua caritas que tã
tum diligat proximum quantum aliqua
deum. ¶ Preterea aliter dicenduz est de
amore dei ⁊ aliter de amore proximi ali
ter de amore dei ⁊ proximi. Naz amor dei
hic ⁊ in patria est eiusdẽ rationis sz differt

per maius et minus sed he due dilectiones .s. dei et proximi non sunt vnius generis vel rationis quia est alia ratio diligendi finem: et alia diligendi illud quod est ad finem. quia id quod est ad finem sortitur rationem diligendi ex aliquo alio .s. ex ipso fine. finis autem non sortitur rationem diligendi ex alio sed ex se ipso. et ideo he due dilectiones non sunt adinuicem comparabiles. ¶ Secundo hoc idē auctoritate domini lu. 10. dicentis diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo ex. t. ani. t. et ex. t. m. t. et proximum tuum sicut teipsum. vbi dicit Criso. Tu tamen attende qualiter ñ cum eodem excessu postulat vtrunqꝫ preceptum de deo enim dicit diliges. do. d. tuum ex to. etc. de proximo autem dicit et proximum sicut teipsum. ¶ Tertio idem probatur similitudine siue comparatione: quia homo plus debet deuꝫ diligere q̃ꝫ se ipsum: eo qꝫ bonum cōmune quale est deus magis debet diligi q̃ꝫ bonū particulare quale est homo: sed proximus debet diligi vt nosipsos. ergo in comparabiliter est maior caritas ad deuꝫ q̃ꝫ ad proximū. ¶ Debet ergo homo diligere proximum suum sicut seipsum septem modis. ¶ Primo sic diliges proximū. t. s. t. ipsum. idest id diligas in proximo tuo: quod diligis i te ipso. s. naturam imaginem et similitudinē dei non vicium non peccata. vnde Augu. in li. de vera religiōe. c. 85. ait. Ea est regula dilectionis vt quecunqꝫ sibi vult bona puenire et primo velit: et que accidere sibi mala non vult et proximo nolit hanc voluntatem erga omnes homines seruet. Naꝫ erga neminem operandum est malum. et dilectio proximi maluꝫ non operatur. hec ille. ¶ Scdo sic diliges proximū tuū. etc. ex quo caritatis affectu et effectu diligis teipsum eodem diligas et proximū. vnde Aug. in li. 50. omel. omel. 5. sic dicit regulaꝫ dilectionis circa proximū te accepisti si te ipꝫ non diligis. proximum quomodo diliges? ¶ Tertio sic. sicut teipsum. i. in quo teipꝫ s. in deo diligis ita diligas et proximuꝫ ait enim Aug. in epistola ad Marcianum q hominem non potest diligere quisquis eū non diligit. qui hominem fecit. diligēdus est. ergo homo propter deum nō propter munduꝫ vel temporale comodū. ¶ Quarto sic. Sicut teipsum. i. ad quod teipsuꝫ diligis. s. ad grām in presenti et gloriaꝫ in futuro sic et proximo optes eum amando. vnde Aug. super epistolaꝫ ad gal. dicit. Omnibus pari dilectione vita eterna optanda ē si non omnibus eadem possunt exhiberi dilectionis officia. ¶ Quinto modo sic diliges proximum. t. s. t. ipsum. i. qua ratione diligis te ipsum. s. quia es imago dei et capax bōitatis dicit. ¶ Sexto modo sic diliges proximum. t. sicut. t. ipsuꝫ. i. quo ordine diligis teipsum. i. supra res exteriores supra corpus propositum et infra deuꝫ. vnde Aug. in li. de moribus ecclesie. c. 31. dicit. Qui diligit proximum suum agit quantum potest vt saluus corpore saluusqꝫ animo sit sed cura corporis ad saluteꝫ anime refferenda est. diligit ergo his gradibus: quantum ad animam pertinet vt primo timeat deinde deum diligat hi mores optimi per quos etiam nobis ipsa prouenit ad quam omni studio rapimur agnitio veritatis. hec ille. ¶ Septimo et vltimo. sicut teipsum. i. q̃ꝫ diu teipsum diligis scilicet a principio vsqꝫ ad finem tam diu etiam diligas proximum licet autem illud aduerbium sicut sit signuꝫ similitudinis non tamen debet esse signuꝫ equalitatis quis prius et plus debet diligere seipsum q̃ꝫ proximum vt dictum est. Qualiter autem debeat proximus perfecte diligi dicetur infra feria. 6. sequēti vbi apertius declarabitur hoc. Diligamus igitur deum et proximuꝫ propter ipsum et in ipsum: quia his duobus preceptis gratia in presenti acquiritur et gloria in futuro. Amen.

vide Jacob ... [handwritten marginal note]

¶ Feria quinta post tertiã dñicam in quadragessima. de comparatione dilectionis vnius proximi ad alterum. Sermo. 43.

At ille singulis manus imponés curabat eos scribuntur hec verba Lu. 4. ꝛ in euangelio hodierno. Non solum in dilectione dei fratres in xp̄o carissimi sed ét solum in dilectione ꝓximi tota lex impletur secundum ꝙ videtur dicere apostolus Ro. 13. di. Qui diligit proximũ legem impleuit. Cuius dilectionis necessitatez. ꝛ inductionem p̄cedenti sermone abunde diximus. verum quia tante ẽ virtutis ꝛ potentie amicicia vt soli equiparetur vt dicit. Tullius in li. de amicicia solẽ inquit a mũdo tollere videntur qui amiciciam e mundo tollũt: quia nihil a dijs imortalibus melius habemus nihil iocundius. ideo de ipsa iterum atqȝ iterũ loqui non ẽ ociosum ẽ enim talis dilectio ad omnes cõmuniter cõicanda: quia naturaliter omnes filij vnius patris sumus. cuius rei exemplũ habemus a christo ante quem cũ varij diuersis langoribus detenti ponerẽtur vniuersaliter omnis diligẽs ẽm ꝙ dicunt verba proposita. At ille manus imponens singulis cu. eos. s. omnes attamen vnus altero est magis diligendus. Ad cuius rei clariorez noticiaz in hoc sermone de triplici comparatione dilectionis ꝛ caritatis ꝓximi descri bemus. ¶ Primo de cõparatione boni ꝛ mali caritatꝭ ꝛ mali amici ꝛ inimici. ¶ Secundo de cõparatione caritatis propinq ꝛ extranei. ¶ Tertio de cõparatione caritatis vnius ꝛ alterius propinqui.

¶ Pars prima huius sermonis in qua d̄claratur si homo debet diligere malos ꝛ qũo debet plus bonos diligere ꝛ si est perfectissimus diligere inimicos q̄ȝ amicos.

Primo circa comparationez caritatis iustorũ ꝛ peccatorum amicoruȝ ꝛ inimicoꝝ tria dubia occurrũt declarãda. ¶ Primũ est an soluȝ inter bonos potest esse vera amicicia quia videt̃ secundũ tullium in li. de amicicia ꝙ inter malos non possit esse amicicia dicit eni sic hoc primũ sentio nisi in bonis amiciciam esse nõ posse. Et iterum addit ibidem. Nec sine virtute amicicia vllo modo esse põt ꝛ iterum inquit nihil virtute amabilius nihil ẽ qḋ magis alliciat ad diligendum. ¶ Ad hoc rñdetur ꝙ inter improbos amicicia vera esse nõ potest. Quod probat̃ ratione auctoritate ꝛ exemplo. ¶ Primo probat̃ ratione sic amicicia enim est quedam societas saltem animoꝝ que inter homines fit. Sȝ delictorum ẽ feda comunio vt habet̃. ff. pro socio. l. Quod autem. ꝛ flagitiose rei non ẽ societas vt. ff. de fideiuss. l. Si areo. §. fi. ꝛ ét rerum inhonestaruȝ non est societas vt. l. nec pretermittendũ. ff. pro socio. Sicut nec mandatum vt habetur. ff. mandati. l. si remunerandi. §. rei turpis. ¶ Preterea inter improbos ẽ fraus ꝛ dolus quibus bõa fides cõtraria est vt habet̃. ff. pro socio. l. 3. igitur inter bonos ꝛ malos amicicia esse nõ põt. ita ꝙ boni sint amici maloꝝ ꝛ mali bonoꝝ. vnde Tulli⁹ in li. de amicicia sic dicit. Nec ob aliquam causam vllam boni improbis improbi bonis amici esse nõ pñt nisi ꝙ tanta est inter dictos quantum maxima potest esse moꝝum studioꝝũqȝ distantia. ¶ Preterea omnis similitudo atrahit rem sibi similem ad se. ꝛ sic boni atrahunt bonos malos autem tanq̄ȝ dissimiles atrahere non possunt. vnde Tullius ibidem dicit. Nihil est ꝙ ad se rem vllaȝ sic alliciat ꝛ tam atrahat q̄ȝ ad amiciciam similitudo concedetur profecto veruȝ vt ꝛ bonos boni diligãt asciscanteȝ sibi quasi proximitate coniunctis atqȝ natura. hec ille. ¶ Secundo idem probatur auctoritate etiã ipsius Tullij eodem li. di. hec est enim ...

norum vita in qua nimirū nulla fides nulla caritas nulla ſtabilis beniuolentie pōt eſſe fiducia omnia ſemp ſuſpecta atq ſollicita ſunt:nullus locus amicicie:quis enim diligat quem metuat aut eum a quo ſe metui putet?coluntur tamen ſimulatione dūtaxat ad tempus q ſi forte vt fit plerumq ceciderint tunc intelligitur q̄ fuerint inopes amicorum quod tarquinū dixiſſe ferunt tamen cū exulē ſe intellexiſſet quoſ q fidos amicos habuiſſet: quoſq ei infidos cū iam neutris gratia refferri poſſet. hec ille.Ex hoc daret q tyrāni non diligūtur quia vt plurimū mali ſunt.¶ Tertio hoc idem probatur exemplo.Nā videm⁹ q ſi miſcetur aurum auro confunduntur ſpecies.& de duabus maſſis ſiue ſpeciebus fit vna irreparabilis ſin autē diuerſe fuerint ſpecies ſiue nature ſemper remanent diuerſe & ſeparabiles vt ſi miſceatur plūbum cum auro vel argento. Et ita ſcribit ff.de re.vendi.l.3.§.ſi.& l.Si frumentū.§. ſed ſi plumbū.ita dicendū eſt in amicicia q boni quia ſunt ex ſpeciebus cōuenientibus & ſimilibus ſunt vnum ex duobus p coniunctionem animorū vt ſupra dictum eſt.¶ Secundum dubiū eſt an mali & peccatores ſint ex caritate diligendi:quia vīdetur ex predictis q non:quia ex quo inter malos & bonos non pōt eſſe amicitia.vnde & ps.Non ne omnes qui te oderunt o.& ſuper.i.t.tabeſcebam:ſed omnes viri iniuſti deum offendunt & deo inimicant.ergo omnes peccatores ſunt odiendi.ergo non ex caritate diligēdi. ¶ Preterea caritas facit voluntatem noſtram conformari volūtati diuine. ſed peccatores ſunt deo odibiles.Ecc.12.Altiſſimus odio habet peccatores.Et propheta iniquos.o.h. Et iterū perfecto odio.o.il.i.peccatores.¶ Ad hoc reſpondetur ſecundum Alexandrum de ales in tertia parte in tractatu de precepti euangelicis. Et B. Tho ſa ſe.q.25. ar.6.Et Bo.in tertio di.28.q.3.q de malis hominibus dupliciter poteſt itelligi & dupliciter contingit loqui.vz. vel in quantū ſunt homine s:vel in quantū mali: ſiue in quantū habent in ſe rationem diuine imaginis ſm :quā ſunt capaces beatitudinis vel inquantū carent perfectione diuine ſimilitudinis.¶ Si primo modo conſideremus homines malos ad imaginem dei factos & capaces beatitudinis eterne ſic ſūt ex caritate diligendi pro eo q caritatis liberalitas & amplitudo omnes recolligit q ad illam ſumā beatitudinē habent idoneitatē.¶ Si vero conſideremus homines malos ſm q ſunt priuati perfectione diuine ſimilitudinis ſic potius ſunt deteſtādi q̄ diligēdi.& ſic ſunt ſimul diligēdi & odio habendi. odiendi ratione inordinationis culpe diligendi vero ratōe nature:que poteſt eſſe ad pfectionē gratie. & hoc ē quod dicit Grego.in.4.omel.Et ſi indignationē debemus vitijs compaſſionē debemus natur.Et Iſidorus in li.de virtutibus.d.Totum chriſtum non diligit qui hominē odit bonum eſt non odiſſe naturam: ſed culpā. Licet ergo malorū culpā oderimus ipſos tamen diligere debemus.Et ſic concludendum eſt q malorum hominū malitia ē deteſtanda:ſed tamen ſunt ex caritate diligēdi inquantum ſunt ad beatitudinem ordinati.¶ Dicas igitur ad arma in oppoſitū q habent intelligi quantū ad odiū culpe non nature.Eiuſdem.n.nature eſt & odiſſe malum alicuius.& diligere eius bonū.Et h odium proprie perfectum ad caritatem pertinet.Ideo dicit phs in.9. ethicorū q amicis peccantibus non ſunt ſubtrahenda amicitie beneficia quo vſq habeatur ſpes ſanationis eorum.ſed magis eis eſt auxiliandū ad recuperationem virtutis q̄ ad recuperationē pecunie ſi eam amiſiſſent: quantū virtus eſt magis amicicie finis q̄ pecunia.Et notandū ē q increpatiōes que in ſacra ſcriptura reperiunt tripliciter pūt intelligi.¶ Vno mō per modum pnuncia

tionis nō per modū operationis vt sit seu sus conuertantur peccatores in infernum. ¶ Aliomodo p modum optationis vt tamen desideriū optantis non referat ad penam hominū sed ad iusticiam punientis. ſm illud prophe letabitur iustus cū viderit vindictam: quia nec ipse deus puniens letatur in pditione impiorū vt dicitur Sapientie. primo. c. sed in sua iusticia: quia iustus dñs ⁊ iusticiaȝ dilexit. ¶ Postremo vt desiderium refferatur ad remotionem culpe non ad ipsam penā vt. s. peccata destruantur ⁊ homines remaneant. diligēdi sunt. ergo peccatores eo modo quo dictuȝ est. Nam xp̄s cum essemus peccatores dilexit nos i quo fuit perfectissima caritas. Attamen boni magis sunt diligendi ⁊ tanto magis quāto pfectiores non solum ſm effectuȝ sed ēt ſʒ affectū. Cuius ratio assignatur secundum Thomam secunda secū de questione vigessima sexta articulo sexto. ⁊ Ricardum in tertia distinctione vigessima nona articulo primo questione quinta quia cum deus sit: sicut formale obiectum caritatiue dilectionis ⁊ ipse diligens. sicut efficiens per ipsam caritatem sicut principium caritatiue dilectionis oportet q ſm maiorem approximationem rei dilecte ad alterū istoꝛuȝ maior sit dilectionis affectus. vnde qꝛ quāto diligibile est melius tanto propinquius est deo tanto magis ceteris paribus est diligendus: ⁊ dico ceteris paribus quia duorum diligibiliū vnum posset ita parum excedere aliud in propinquitate ad diligenteȝ q diligens magis deberet diligere minꝰ bonum q̄ʒ uis minor excessus i bonitate plus reddat rem diligibilem q̄ʒ aliqñ maior excessus i ppinquitate ad diligentē. ¶ Tertium dubium est presupposito q obligemur diligere inimicos vt infra dicere cuȝ agetur de pace ⁊ odio remittendo. An maioris sit meriti diligere inimicū q̄ʒ amicū. ¶ Videtur. n. q non quia phs. 8. ethi. c. io. dicit q pessimū est contrarium optimo: ſʒ maioris demeriti est odire amicum q̄ʒ inimicum. ergo ⁊c. ¶ Attamen quia contrarium videtur per illud Mat. 5. Si diligitis eos qui nos diligunt quam mercedem hēbitis. q. d. paruam vel nullā sed dilectioni inimici debet magna merces. ergo magis est meritoria q̄ʒ dilectō amici. ergo patet oppositum. ¶ Ad hoc rñdetur secundum Ric. in tertō di. 30. q. 3. Et bo. in. e. di. q. vltima. Et tho. e. d. ar. 3. ⁊ ſa ſe. q. 4. ar. 4. Et al'. in. 3. parte in tractatu de pceptis euangelicis q istorum duoruȝ motuū ad veritatem dilucidandam respiciendū est ad quatuor. s. ad formam que est caritas ⁊ ad conatum voluntatis ipsius diligentis. Et ad conuenientiam obiecti. Et ad relatōnem in finem. ¶ Si enim vnus actus excedit alium in aliquo istorum ⁊ sint pares in aliis tribus ille qui excedit est magis meritorius dico igitur q si actus diligendi ex caritate inimicum ⁊ actus diligendi ex caritate amicum sint ex eodem habitu caritatis ⁊ ex equabili conatu voluntatis ⁊ eque nobili modo refferantur in finē vltimum q magis meritorius est ille qui est respectu amici q̄ʒ ille qui est respectu inimici: quia excedit quantuȝ ad conuenientiam obiecti: quia conuenientius obiectuȝ dilectionis est amicus q̄ʒ inimicus. Nam amicus ē diligendus ⁊ inquantū homo ⁊ inquantum amicus. inimicus ⁊ si diligendus est vt homo non tamen vt inimicus. ergo magis meritoria ē dilectio amici q̄ʒ inimici. ¶ Si autem actus diligēdi inimicum sit ex maiori conatu voluntatis q̄ʒ actus diligendi amicum. Quod persepe cōtingit. Tum quia homo non sic iuuatur a naturali inclinatione tū etiaȝ: quia non sic iuuatur a passione sicut iuuatur ad diligēdum amicū tunc actus diligendi inimicū magis est meritorius. si vʒ actus voluntatis in isto actu tantum excedat conatum voluntatis deliberatiue in alio actu q̄ʒ p'

faciat ad bonitatem actus quam maior cō uenientia obiecti respectu dilectionis amici. Quibus prelibatis facile soluuntur argumenta contraria. Nam illud argumentum ex auctoritate phi procedit supposita equali caritate ⁊ equali voluntatis de liberatiue conatu ⁊ equali relatione in vltimum finem ⁊ istis suppositis concessum est ꝙ magis meritoria est dilectio amici q̄ȝ inimici. ❡ Ad illud vero argumentuȝ euangelij procedit de naturali dilectione tantum. vnde glo. ordinaria dicit. Amare amantem nature est inimicum vero amare caritatis est in quo satis patet ꝙ ibi cō paratur dilectio qua diligitur inimic⁹ ex caritate ad dilectionem qua diligitur amicus naturaliter scilicet quia amat diligentem ⁊ benefacientem ⁊ sic predicta auctoritas non est contra hoc quod dictum ē de eminentia dilectionis amici in bonitate vltra bonitatem dilectionis inimici. Et sic patet pars secunda huius sermonis.

❡ Pars secunda huius sermonis in qua declaratur qualiter homo debet magis diligere propinquos q̄ȝ extraneos ⁊ bonum extraneū q̄ȝ propinquū.

Secūdo in isto sermone circa comparationem caritatis propinquorum ⁊ extraneorum tria alia occurrunt dubia. ❡ Primum est an homo debeat magis diligere domesticum q̄ȝ extraneuȝ. ❡ Ad quod respondetur ſm Bo. in tertio di. 29. q. 5. Quod secundum ordinem nature prius diligūtur propinqui q̄ȝ extranei. quod probatur. ratione auctoritate ⁊ exemplo. ❡ Primo probatur ratione sic. rectus ordo diffinitionis est vt prius cōmunicetur propinquiori ⁊ deinde remotiori: quoniaȝ ergo caritas rectum ordinem a natura nō auffert hinc est ꝙ caritas superueniens illum ordinem nature perficit ⁊ perficiendo dicitur eodem ordine ordinari non ꝙ ille ordo competat sibi ſm se sed quia competit sibi ratione nature in qua est propter considerandū est ꝙ duplex ordo attenditur in caritate. vnus qui ei competit secū dum se ipsam: ⁊ iste ordo attēditur penes bonum ⁊ magis bonum ⁊ maxime bonuȝ. vnde caritas de se magis mouet ad amandum spiritum q̄ȝ corpus ⁊ deum summuȝ q̄ȝ spiritum creatum. Alius est ordo qui competit ei ratione nature subtracte. Et hic attenditur secundum has differentias: que sunt proprium ⁊ alienum propinquuȝ ⁊ extraneum. affectus enim caritatis subtrahat sibi affectum nature. ⁊ illum perficit ⁊ regit secundum id quod habet in se rectitudinis concedendum est igitur ꝙ secundum ordinem caritatis domestici preponendi sunt extraneis. ❡ Secundo hoc ideȝ probatur auctoritate ad Gal'. vltimo apostol'. d. Operemur bonum ad omnes maxime autem ad domesticos fidei. Et. i. thi. iij. Si quis suorum ⁊ maxime domesticorum. c. nō. h. f. n. ⁊ est in fi. deterior. vnde per has duas auctoritates ostenditur ꝙ domesticus in dilectione extraneo debet preponi. per vnaȝ ostenditur positiue per alteram destructiue. Item hoc idem ostē ditur auctoritate Ambrosius qui vt habetur in tertia distinctione vigessima nona ponit domesticos collocandos esse. v. loco in ordine caritatis extraneos autem in sexto. ❡ Tertio hoc idem probatur exemplo sicut enim diffusio corporalis caloris prius est ad loca propinquiora quam ad remotiora ita a simili coniunctio amoris spiritualis prius respicit naturaliter quod est propinquum q̄ȝ quod est remotum. Si ergo domestici sunt propinquiores nobis q̄ȝ extranei vel inimici videtur ꝙ in ordine caritatis primo sint collocandi. ❡ Secundum dubium quod oritur ex precedentibus est an homo debeat plus diligere extraneum meliorem q̄ȝ sibi coniunctum minus bonum. Ad quod respondetur secundum Tho. ſa. secūde. q.

26.ar.7.Et Ric.in tertio di.29.q.6.⁊ Bo.i 3.di.29.i.q.circa litterā ꝙ nos pl⁹ diligere debem⁹ vnū q̃ꝫ aliū dupliciter pōt itelligi Aut sibi optando maius bonū.Aut ex affectu maiori.¶ Primo modo debet hō magis diligere extraneū meliorē q̃ꝫ sibi coniunctū min⁹ bonum ꝑ illo statu quo sunt in tali gradu bonitatis quia hoc requirit iusticia dei vt maiori merito respondeat maius premiū. Quādiu tamen sumus in statu vie in quo pōt esse profectus in merito dꝫ hō velle magis sibi coniunctū ad maius meritū peruenire q̃ꝫ extraneum ⁊ existenti ad maius premiū. ¶ Secūdo loquendo de maiori affectu dico ꝙ cū in ordine diligendi ex caritate debeat haberi aspectus ad propinquitatē diligibiliū ad deum ⁊ ad diligentem ita tamen ꝙ multo magis ponderet homo excessum in vno gradu propinquitatis ad deū q̃ꝫ excessum in vno gradu ad diligentem tanta potest esse bonitas extranei ⁊ taꝫ parua bonitas ⁊ propinquitas mihi magis coniuncti vt pote quia non attinet mihi nisi in tertio gradu vel in quarto ꝙ ex maiori affectu debeo diligere extraneū magis bonum q̃ꝫ mihi cōiunctū minus bonū Magis.n.sp diligere debet hō euꝫ qui secundū iustitiā magis est diligendus sꝫ ſm perfectam iustitiam melior semp magis est diligēdus vnde Augu. in libro de vera religione sic dicit. Hec ē perfecta iustitia qua potius potiora ⁊ min⁹ minora diligamus. Qđ intelligendū est eo modo quo dictū ē. Pōt enim esse ꝙ ille qui mihi cōiunctus ē. Ita de propinquo ē mihi coniunct⁹ ⁊ excessus bonitatis extranei vltra bonitatē istius ita paruus ꝙ plus debeo diligere istum minus bonū magis mihi coniunctū q̃ꝫ illum extraneū magis bonū. Et isto modo intelligen.est illud Augu.libro p̄io đ doc. christiana sic di. Cum omnibus prodesse non

possis his potissimū consulendū est qui ꝓ locorum ⁊ tēporum vel quarūlibet rerum oportunitatib⁹ constricti⁹ tibi quasi quadā sorte iunguntur.h̄ ille. Est tñ sciendū ꝙ qr homo hꝫ a parētibus eē ꝙ sicut nō debet aliquem proximū ex maiori affectu diligere q̃ꝫ seipsum quantūcūqꝫ excedat eum in bonitate ita neminē maiori affectu dꝫ diligere p̄re suo quantūcūqꝫ excedat p̄rem suum in bonitate nō dico priuilegiata sicut est bonitas xp̄i ⁊ beate virginis quos maiori affectu diligere dꝫ q̃ꝫ parentes qr maius bonum prouenit per eorum bonitateꝫ q̃ꝫ per parentes. ¶ Tertiū dubiū ē an hō teneatur magis diligere benefacientē q̃ꝫ non benefacientē. Ad qđ respon. Tho. i tertio di.29.ar.6.in solutiōe tertij argu.⁊ etiā qnti. Et scđa scđe.q.26.ar.8.in solutiōe scđi argu.ꝙ hō tenetur magis diligere benefacientē triplici rōne. ¶ Prio rōne preuentionis sic. Ille ē maxime diligēdus q nos preuenit in beneficio caritatis quia dicit Augu.in libro de cathatezādis rudibus. Nulla ē maior ꝓuocatio ad amorē q̃ꝫ preuenire amādo.nimis eni durus est anim⁹ q dilectionē ⁊ si nō vult impendere nolit rependere. Sꝫ benefactor nos preuenit beneficio caritatis ergo ē maxime diligēd⁹ ¶ Secundo hoc idē probatur rōne largitionis sic amatori dꝫ reamatio filiis correspondere ſm phm. 8. Ethi. ⁊ Tul.in li.de amicitia sꝫ ad amantem pertinet agere qđ ipse amans vlt ⁊ operatur bonum amato ergo ad amatum pertinet amāti in similibus respondere sꝫ benefator ē diligens ⁊ benefaciens ergo beneficiatus h̄ duo suo benefactori tenet. ¶ Tertio probatur hoc ratione superationis qr. s. benefactor excedit tribuēdo nam ille a quo maxima beneficia recepimus maxie est diligendus qui propter de⁹ ⁊ parētes a qbus beneficiatiture per creationē ⁊ generationē accepi quanto potiora ab eo beneficia recepimus Et sic pꝫ ꝙ magis sunt diligendi ꝓpinqui

q̄ʒ extranei ⁊ benefactores q̄ʒ alij.Et pars ſecunda huius ſermonis.

¶ Pars tertia huius ſermōis in qua de claratur qualiter homo debeat magis di ligere vnum parentē q̄ʒ alium.

IN Tertio i hoc ſmone p̄ſuppoſito ꝙ deus parētes ⁊ cōſanguinei pri cipaliter ſunt diligēdi.tria dubia occurrūt declarāda. ¶ Primū eſt an hō teneatur magis diligere parētes q̄ʒ filios quia ſm phm.8.Ethi.c.12. Filius ē ꝓximior p̄ri q̄ʒ pater filio ergo magis filius ē diligendus p̄re q: ceteris paribus magis debet dili gere ſibi proximiorē.Ad hoc reſpon. tres tho.vʒ b.Bo.in tertio di.29.q.4.Et Ric. ibidem. q.7.Et b.Tho.ſa ſe.q.26.ar.9.ꝙ parentes magis ſunt diligendi q̄ʒ filij. qḋ ꝓbaẗ. Rōne auctoritate ⁊ exēplo. ¶ Pri mo ꝓbatur rōne ſic. magis deſcendit fili⁹ a patre q̄ʒ econuerſo ſʒ maior ē inclinatio rei ad illud a quo dependet ergo maior ē inclinatio filij ad parentes ſed illud ad qḋ eſt maior inclinatio fortius ē diligen. igiẗ p ꝑtet propoſitū. Preterea illud magis eſt diligen.qḋ habet maiorem rōnem boni ⁊ qḋ eſt deo ſilius ſed p̄r habet rationē emi nentioris boni ⁊ ſilioris deo ergo magis ē diligendus q̄ʒ filius. ¶ Scḋo idē proba tur auctoritate. ¶ Primo ſcripture ſacre. Exo.20.dicentis ho.p.t.⁊.m.t.Si ergo mā data dei tradita ſunt ſm. or.ca.v̄r ꝙ cari tas principali⁹ ad parētes q̄ʒ ad filios ha beat ordinare.hoc idem ꝓbatur auctorita te Ambro.ſup illud ſcḋo can. Ordinauit in me caritatē vt ēt recitat Magi.in tertio di.29.ſic di. Qḋ p̄io deus diligēdus. ſcḋo parētes.deinde filij. ¶ Tertio idem ꝓbaẗ exēplo q: vt videmus vbi maiora accipiū tur beneficia maior ēt debet eſſe dilectio ſed plura accepimus beneficia a parentib⁹ q̄ʒ a filijs ergo ipſis magis debemus eſſe grati ſed qui magis gratus ē alij cum ma gis diligit ergo parentes in ordine carita tis ſunt filijs p̄ponendi. Dicas ergo ad ar.ꝙ cum homo maiora beneficia accepit a patre q̄ʒ a filio ⁊ prius dilectus ſit ab eo magis dʒ ceteris paribus diligere patreʒ q̄ʒ filiū ſuum plus eni poſſunt iſta duo ſm rectū iudiciū rōnis ad augendam in dili gente dilectionē q̄ʒ propinquitas que ma ior ē filij ad p̄rem q̄ʒ ecōuerſo vt dictū eſt in illo ar.⁊ ideo nō valet. Quod ſi dicaẗ grā proficit naturā ſicut ēt ars perficit na turam.6.politi.⁊ imitatur eaʒ quantū pōt primo phyſi.⁊ ſcḋo de aīa ⁊.7.metha.ff.de adop.l.Adoptio. ſʒ videm⁹ ꝙ naturaliter parētes plus diligunt filios ergo videtur ꝙ ſimilis ordo debeat eſſe in ordine gra tuito ſiue amore melius dicatur. Ad hoc reſpon.ſm Bo.ꝙ natura in quibuſdā cur rit cōſona via cum gratia. In quibuſdam currit via oppoſita in quibuſdam currit via diſperata. In hoc enim ꝙ homo plus diligit ſe q̄ʒ proximum natura gratie con cordat. In hoc ꝙ plus ſe diligit q̄ʒ deum nature repugnat. In ſʒ autem ꝙ plus dili git filium q̄ʒ patrem q: intendit ſaluari in illo procedit quaſi via diuerſa. ⁊ ideo gra tia ſuperueniens ordinē in primo affectu ſaluat ⁊ perficit.in ſecūdo ſimpliciter mu tat.in tertio vero nouū ordinem dat ita ta men ꝙ affectum illum nō exterminat vn de extimo ꝙ homo habens caritatē ⁊ ha bens parentes ⁊ filios dum moriẗ affectu gratuite dilectiōis magis deſiderat parē tum ſalutem dū moriẗ affectu nature ma gis deſiderat filijs ſanitatem. Nec ē oppo ſitio hic naturalis dilectionis ad gratuitā propter cōſiderationem diuerſam q̄ʒuis ergo naturali inclinatiōe magis inclinen tur homines ad dilectionē filioꝝ tñ ſi regu lentur rōne magis debēt diligere paren tes.cōtra qḋ quidā faciunt emancipantes ſe a parentibus vt theſaurizent filijs. O ſcelerati filij. O ingrati ſic fiet vobis a fi lijs veſtris.Eſt etiam nomē ſm Ric. vbi

supra.q.9. q͏ oibus pensatis d3 homo magis diligere prem carnalem q̄3 spūalem ⁊ ei magis ē optan.bonum ⁊ ex maiori affectu q̄3 uis enim maius beneficium recepit a patre spūali q̄3 carnali tamē pr̄ spūalis nō ita vere ē causa beneficij qđ impēdit filio sicut pr̄ carnalis beneficij corporal' qđ ẜm phm.8.Ethi.c.11.Est esse nutrimentū ⁊ disciplina. Preterea cum a patre carnali filius habeat corp⁹ ⁊ dispositionē ad anime intellectiue susceptionē que non infundit nisi presupposita dicta dispositiōe ⁊ esse hominis oibus pensatis fit nobilior q̄3 gr̄a cum gr̄a sit accidēs maius ē omnibus cōsideratis beneficiū qđ recipit filius a pr̄e carnali q̄3 qđ recipit a spūali. In actu tamē exteriori aliquā reuerentiam d3 pr̄i spūali q̄3 non d3 carnali q: sic dicit phs.9.Eti.c.2. Non eadē oibus reddenda neq3 pr̄i oia.

¶ Scđm dubiū est an hō plus debeat diligere prem q̄3 matrē. Ad qđ respon. scđm Ric.vbi supra.q.8.⁊ Tho. scđa scđe. q.26. ar.10. q͏ hō magis debet diligere prem q̄3 matrem.ceteris paribus ⁊ posset eni esse tanta distantia virtutis vt amicitia meritō debeat dissolui ⁊ mutari vbi plus deberet esse ẜm phm.8.Ethi.⁊ ideo vt Ambro. dicit. Boni domestici sunt malis preponēdi per se aūt loquendo pr̄ in quantū pr̄ ē magis diligendus q̄3 mater inquantū mater. Pro cuius cōclusionis declaratione ē aduertendū q͏ circa productionē filiorꝝ a parentibus duplex ē opinio. Una est Ari. qui ait in.15.de aialibus q͏ ad productionē prolis mulier cōcurrit materie passiue sic lignū i artificiato solū ministrans materiā semen autē viri actiue transiens in spūm ⁊ calorem. Alia opinio huic opposita ē Galieni di. Quod semen viri concurrit principalius actiue sed tamen etiam passiue. Semen autem mulieris principali⁹ passiue sed tamen etiam actiue qđ probat sic. Pater diligit filium vt opus suum.8. Ethi. sed mater plus patre diligit filiū ergo cōcurrit ad eius ꝑductionē. eque sicut pr̄.s.actiue ⁊ passiue.l3 non ois. Preterea si illa opinio esset vera ait Galien⁹ sequeretur q͏ materia plus nō esset nobilior q̄3 illa alia materia in casulis infecis existēs cum prole exeuntis cū ipsa tpe partus ⁊ ex qua fiunt mōstra ⁊ turpia nec plus diceretur mr̄ plus q̄3 illius matre corrupte qđ absurdum ē ⁊ falsum. Preterea quādocunq3 aliqua spēs gaudet aliqua pfectiōe gaudet in vtroq3 sexu sed virtus generādi actiue ē pfectio ergo ⁊c. Nam que sunt eiusdem speciei quecūq3 sequūtur vnū indiuiduū eiusdē speciei sequūtur aliud ergo ⁊c. Scđm vtranq3 istarꝝ opinionū hētur q͏ pr̄ est magis principiū filij q̄3 mater q: ẜ3 primā pr̄ matre actiue cōcurrit ẜm secūdā āt magis q̄3 mr̄. Ex qbus oibus ꝓbatur p̄dicta cōclusio q: pr̄ ⁊ mr̄ amanꝰ a filijs vt principia quedā natural' originis. ẜm pmā opinionē pr̄ h3 excellentiorē rōnē pricipij q̄3 mr̄ q: pr̄ est principiū p modū agētis. Mater aūt p modū paciētis ⁊ mr̄e. Scđz vero secundā opinionē pr̄ magis cōcurrit actiue q̄3 mr̄. Et iō p se loquēdo pr̄ est magis diligēdus. Con. henricus.8.Ethi. Qđ si ꝯ dicatur sic. Phs in li.de generatione aliū dicit q͏ femina in generatiōe dat corpus sed homo nō h3 aiam a pr̄e sed a deo solo per creationē ergo plus habet a matre ergo ⁊ plus debet eam diligere. Ad h respon. Ric.⁊ Tho. Quātus formatiua corporis est in semine pr̄is per quam corpus format ⁊ disponit ad susceptionē aie rationabil' qđ principalius ē in generatiōe nr̄a q̄3 informē materiā ministrare. Preterea ẜm Auicenā libro secūdo de aialibus c.1. Spūs in nobis radicales sunt de semie pr̄is ex quibus omnibus oritur. vnū correlarium q͏ i casu q͏ filij non possint vtriq3 parenti subuenire simul potius est subueniendum patri q̄3 matri. Seneca enim ponit talem casum. Quidā pater apiratis captus auxiliū petit a filio corporale Ma

ter domi iacet ceca nihil aliud habēs am bob⁹ inseruire nō potest ⁊ vterqȝ indiget quid faciet. Argumenta facit ad vtrūqȝ partem sed nō soluit. Ius autē ciuile in ca su respondet cōsimili sicut pȝ insti. de p̄ria potestate in glosa tenēdo ꝙ p̄ri potius te netur succurrere. quia lex presumit ꝙ fili⁹ coiter plus sperat a p̄re iure hereditario succedit enim p̄ri in omnibus bonis nō au tem matri. Contra qđ quidam faciunt de serentes p̄rem vt cū m̄re stent. Nam ad me semel quidā venit venetijs cum lachry mis dicens se ex vxore filiū ⁊ filiā habere qui tres ꝯ se insurrexerāt ⁊ ꝙ peius est eū percusserāt sicqȝ exegit vt de hoc predica rem o filij neqȝ amate p̄rem ⁊ matrem sed p̄rem plus q̄ȝ matrē quia hoc caritatis or do requirit. ¶ Tertiū ⁊ vltimū dubium ē an magis diligendi sint parētes q̄ȝ vxor. Nā apostolus ait ad Ephe. 5. Qui vxorē diligit seipsum diligit. q. d. ꝙ sic debet dili gere sicut facit carnem suam. Sed homo ex caritate magis se q̄ȝ proximum debet diligere ergo ⁊c̄. Ad h respon. Ric. vbi su pra. q. x. ⁊ Tho. secūda scđe. q. 26. ar. xj. Ric. enim dicit ꝙ omnib⁹ pensatis maiori affe ctu debet homo parentes diligere q̄ȝ vxo rem. Tum ratione fortioris cōiunctionis quia fortior est coniunctio fundata super propinquissimū nature gradū qualis ē vi ri ad parentes q̄ȝ fundata super mutuum consensum vel verba vel signa expressum qualis est inter virum ⁊ vxorem. Tum ēt ratiōe maioris boni recepti esse enim. Nu triri ⁊ disciplinari que recipiūtur a paren tibus maius est bonum q̄ȝ carnale reme dium ⁊ solatiū societatis ⁊ adiutorium ad procreationem plis que vir habet ab vxo re. Tho. autem distinguit di. Quod gra dus dilectionis potest attendi secundum rationem boni. ⁊ secundū coniunctionē ad diligentē. Si loquamur secundū rationem boni qđ est obiectum dilectionis magis sunt parentes diligēdi quia diliguntur sub ratione principij ⁊ eminentioris cuiusdaȝ boni. Si autē loquamur secundū rationeȝ coniunctionis magis diligenda est vxor quia coniungitur viro vt vna caro existēs scđm illđ Gen. p̄io. Erūt duo in carne vna ⁊ ƀm illud. Mat. 19. Itaqȝ non sunt duo ſȝ vna caro. Et ideo intensius diligitur vxor Sed fortius diligendi sunt parentes ⁊ ma ior reuerentia est eis exhibenda. Quod si dicatur vbi sunt plures rationes dilectio nis ibi maior debet esse dilectio sed i ami citia que est ad vxorem sunt plures ratio nes dilectionis dicit enim phs in. 8. Ethi corum ꝙ in hac amicitia est vtile delecta bile: ⁊ honestum propter virtutem si vir tuosi sunt coniuges ergo maior debet esse dilectio ad vxorem q̄ȝ ad parentes. Ad hoc respon. etiam secundum Tho. ꝙ etiaȝ in amicitia paterna inueniūtur plures ra tiones dilectionis. ƀm. L rationem boni q̄ȝ uis ille preponderent ƀm rationem cōiun ctionis debent ergo multo fortius diligi parentes. Cōtra qđ quidam insulsi faciūt qui volūt vxorem dominā esse domus nec parentum curant iuxta illud Esdre. 4. c. Multi dementes facti sunt propter vxo res suas. Non dico non debere vxorem venerari: sed sic eam diligere vt ⁊ deus non contemnatur ⁊ parentes. Quot filij scelerati reperiuntur qui contemplationē vxoris aliquando parentes verbis iniu riosis ⁊ obprobrijs afficiunt ⁊ ꝙ peius est aliquando percutiunt. O fili nequam. Ubi est maternus amor vbi paterna dile ctio credis ne amplius ab vxore q̄ȝ a pa rentibus diligi? absit. Ideo quando apud te murmurat ⁊ vt ei melius credas inci pit flere dicens non possum viuere in ista domo mater tua vetula tenet me vt an cillam ⁊ pater vt sclauam videt noli ei credere sed accipe vnum bastonum ⁊ frange et scapulas super omnia enim pa rentes diligunt filios. Nam propter eos semper parentes ingemiscunt i eius recor

dicatione sed vxor uix in eius morte fiet ꝛ amplius non recordat̄ ꝛ alteri se ꝯiungit Nam de quadā compertum est ꝙ marito sospiti persepe dicebat. o marite mi tantū te diligo ꝙ si mori te contingeret nullatenus superuiuere possem: casu vir moritur illa plorans prorsus nolebat a monumēto discedere sicq̄ꝫ pernoctanti quidam adolescens custos cuiusdaꝫ qui pridie fuerat suspensus ad illam accedens fletus tanti cāꝫ interrogat eamq̄ꝫ tristem consolatur ꝛ tādem ad copulam deuenerunt carnalem redi͂ēs iuuenis cadauer sublatū reperit quē anxiuꝫ mulier consolari cepit di. Ne paueas. accipiemus huius oli viri mei corpus ꝛ loco illius ponemus quod cuꝫ factū fuisset. Juuenis ille dicit. heu me nihil egim⁹ nam vir ille duos dentes anteriores non habebat factum apparebit. mulier autem respondit ne timeas omnino ꝛ accipiēs lapidem duos dentes prefatos proprijs manibus illi euulsit. O grandis amor mulieris qui sic cito euanescit. ꝛ ita tibi eueniet si vxorem super parētes dilexeris. diligamus igit̄ fratres carissimi ꝑm ordinem caritatis ꝛ sic gratia hic gaudebimus ꝛ eternaliter postmodum perfruemur gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Feria sexta post dn̄icam tertiaꝫ in quadragessima de modificatione amoris proximi quomō. vꝫ. iuste ꝛ sancte debet amari Sermo. 44.

vide Jacob de ... [handwritten marginal note, partly illegible]

M Ulier da mihi bibere Scribuntur hec verba Jo. 4. c. ꝛ in. e. ho. Quoniaꝫ fratres in christo dilectissimi superioribus sermonib⁹ ea que ad proximi dilectionē nos inducunt sunt aperte ꝑtractata ꝛ quomodo vnus alio intensius debeat amari. Nunc superest ea dicere per que quilibet adiscere possit quomō hoc mandatū de ꝑximi dilectiōe iuste ꝛ perfecte obseruetur vt latius que dicta sunt declarentur: q̄ꝫuis enim dictum sit ꝙ amicus debet amari sicut se tamen diffusius h̄ est aperiendū nō enim ex vna salutatione vel vno colloquio nec ex signis tantum aliqui dicunt̄ amici. vnde paulus iurisconsultus. ff. de verbo. signi. l. late culpe. §. amicos sic dicit. Sic amicos appellare debemus non leui noticia coniunctos sed quibus fuerint iura familiaritatis honestis rationibus quesita. hec ille. Nec etiam ex inhonestis rationibus potest eē vera amicicia. Et sicut amicicia non contrahitur ex leui cā sic etiam inimicicia non contrahitur ex leui causa. vt. C. de li. ca. l. Solo vt igitur sciamus qualiter veram caritatem erga proximū habere debeamus que potissime ex actibus exterioribus cognoscitur. In p̄senti ostendere conabimur quod euidenter ostendit dn̄s Jesus in euangelio hodierno. sedens sup puteū fatigatus ex itinere di. Mulier da mihi bibere docens nos debere lassos ꝛ fatigatos pauperes fouert. Sciendū ē igit̄ ꝙ ꝑximus a nobis tripl'r deꝫ amari. ¶ Primo effectiue. ¶ Scd̄o ordinate. ¶ Tertio excessiue.

¶ Pars prima huius sermonis in qua declaratur ꝙ homo deꝫ diligi effectiue nō affectu solum. i. per cōicationem necessarioꝝ corporaliū tꝑalium ꝛ spiritualium.

P Rimo igit̄ circa dilectionē ꝑximi veram ꝛ pfectam mouet̄ dubiuꝫ an ordo caritatis huiusmodi attendat̄ penes affectū tm̄ an simul penes affectum ꝛ effectū. Nam videt̄ primo nō cōsistere in affectu per illud ꝑuer. 18. vir amicabilis ad societatem magis erit amicus q̄ꝫ frater: sed cōstat ꝙ ista amicicia de qua loquimur sapiens nō aduersari ipi caritati. imo poti⁹ est ei cōsona. sed ꝑꝫ istā dicit sapiens ꝙ magis diligit̄ hō bone societatis q̄ꝫ fr̄ ꝑm carnē vr̄. ergo ꝙ ꝑꝫ assignatas dr̄ias n̄ attēdat̄

ordo dilectiōis quantū ad affectū. Prete tea vr non consistere in effectu qr si hoc esset ergo recte & sm ordinē caritatis ageret q prebendale beneficiū poti⁹ dat suo cōsanguineo q̄ȝ extraneo. quod tñ reprehendit. Miche.3.c.di. Ve q hedificat syon. i. ecclīā in sanguinib⁹.i.in parentib⁹. ¶ Ad hoc dubiū respon.sm Bo.in tertio di.29. q.vltima p tres cōclusiōes. ¶ Pria quasi dr psuppositio. ¶ Scda responsio. ¶ Tertia cōclusio. ¶ Prio enl presupponēda est ista distinctio q multipliciter cōtingit affectū nrm accipi.& effectū multiplicem reperiri ¶ Triplex eni reperitur affectus. ¶ Unus a caritate ellicitus quo opto alicui summū bonū. ¶ Ali⁹ imperatus quo opto alicui aliquod bonū terrenū. ¶ Tertius vero ānexus quo delector in alicui⁹ bono q magis tenet rōnem passionis q̄ȝ motus qr ē quedā mulcebris cōplacentia que passio dr. Et cū sit triplex affect⁹.ordo caritatis respicit affectū a caritate ellicitū pricipaliter qr magis mihi debeo optare beatā vitaȝ q̄ȝ alij.& post me magis patri meo q̄ȝ alteri & sic vlterius pcedendo vt supradictū ē. Affectū vero imperatū respicit minus principaliter. vnde pro diversis oportunibus & cōditionibus ordo quantū ad illū affectū pōt variari & prepostera ri. Affectū vero ānexum q est passio mulcebris minime respicit ordo caritatis. Ille enim potius respicit sensualē experientiā q̄ȝ rōnis eligentiam. Sicut pȝ qr plus gaudet & delectat qs aspiciēdo sotium quem videt presentē q̄ȝ in recolendo prem queȝ hȝ absentē q̄ȝuis eū magis diligat cuius signuȝ est qr pro pre multo maiora faceret. Silr & ex pte effectus distinguen.est. Nā triplex reperit. Quidā est qui respicit aie salutem & iste respicit ordinē caritatis pricipaliter primo eni debeo procurare salutem meā q̄ȝ proximi & prio salutē pris q̄ȝ alterius & sic deinceps procedendo. Alius est effectus q respicit releuationē temporalis & corporalis necessitatis & hunc effectū respicit ordo caritatis minus pricipaliter q̄ȝ primū qr sm diuersas oportunitates pōt & dȝ homo magis & minus esse beneficus in collatiōe beneficij temporalis. ¶ Tertius vero effectus consistit in collatione alicuius beneficij ecclesia. & hunc minime respicit ordo caritatis. In collatione eni taliū beneficiorum multū attendenda est meriti dignitas & par aut nihil sanguinis proximitas. timen. eni est & cauen. ne sub caritatis pallio affectus lateat carnalis. ¶ Secundo circa hāc difficultatem soluenda sunt argumēta cōtraria ex qbus predictis facile pȝ respōsio. Naȝ ad primū qd cōcludit caritatē in effectu nō consistere. dicen. q aliud intelligit de affectu q est cuiusdā mulcebris cōplacentie rōne cuius delectatur homo habitare cū bono q̄ȝ cuȝ fratre vel alio cōsanguineo & rōne hui⁹ nō attenditur ordo caritatis vt dictū est. Similiter ad aliud argu. de effectu rōne beneficij prebēdalis siue eccle.&c. nō attenditur ordo caritatis. ¶ Tertio ex predictis ponit vera & catholica cōclusio sȝ Magistrū sen. in tertio di.29. ex dictis Ambro. ellicita & fundata sm Bo. vbi supra q ordo caritatis p cōparationē nri ad primū & vnius primi ad alterum non solū attendit sm effectū sȝ etiā sm affectum. Et hoc intelligen.est ceteris alijs paribus si eni in duobus dilectis ē par dignitas & necessitas quantū de istis pprietatibus & conditionibus equaliter sunt amandi effectu & affectu sȝ si i altero eorum superaddatur sanguinis propinquitas facit ipȝ magis amabilem & illo modo intelligit Ambro. ordinem assignare caritatis respectu primorum qd notat cū dicit qd domestici si boni sunt malis filijs sunt preponen. Qd si dixeris cuȝ ad ordinē caritatis cōcurrat meriti dignitas & indigentie oportunitas si ē & propinquitas quar Ambro. assignat ordinem caritatis magis penes ppinquitatem q̄ȝ

penes bonitatem vel indigētie necessita
tem. Dicendū ē ꝙ conditio bonitatis nec
est no. ıo ita nota nec ē in se ita stabilis ⁊
firma sicut ꝓpinquitas. nā hodie q̄ ē bon⁹
forsitā malus efficiꝛ ⁊ econuerso silr̄ ē de ne
cessitate ⁊ oportunitate ideo penes grad⁹
necessitatis bonitatis ⁊ oportunitatis nō
potuit ita certitudinalr̄ ordo caritatis assi
gnari sicut penes cōditiones ꝓpinquita
tis debem⁹ igitur diligere ꝓximos nr̄os
non solum actu interiori ſ; etiā exteriori ef
fectiue qḋ ꝓbatur triplici rōne. ¶ Prīo
rōne ꝓbatiōis sic. ſm Grego. ꝓbatio dile
ctionis est exhibitio operis. ergo vbi est
maior operis exhibitio. Ibi probatur ma
ior esse dilectio ⁊ econuerso. Si ergo cari
tas ordinata ē in diligendo p; ꝙ ordinari
d; in corde ⁊ in opere. vn̄ prīe Jo. 3. Non
diligamus verbo neq; lingua supple solū
modo sed opere ⁊ virtute. i. vera operatio
ne. Non ergo est vera dilectio nisi sit i cor
de ⁊ opere i. affectu ⁊ effectu. ¶ Secūdo
idē probaꝛ rōne imitatiōis. Nam xp̄s est
xp̄ianoꝝ caput ⁊ dux ⁊ oīs eius actio fuit
nr̄a instructio. Sed ipse dilexit nos corde
⁊ opere si ergo nos tanq̄; mēbra caput no
strū seq volum⁹. debemus. ⁊ nos ꝓximos
nr̄os diligere simili amore alr̄ falso xp̄ia
ni dicimur dicit eni ph̄s in ṗdicto subiecte
Ab eo ꝙ res ē vel nō est dicitur ꝓpositio
vera vl falsa. prīo pyret. si igiꝛ xp̄i opera
non hēmus veri xp̄iani nō possumus ap
pellari vn̄ Hiero. in testamēto dicit. Heu
quot sunt q̄ xp̄iano fungūtur noīe ⁊ sacro
sunt renati baptismate quib⁹ melius esset
non fuisse cū opera xp̄i nō faciant. h ille.
¶ Tertio idem ꝓbatur rōne creationis.
Deus eni est cā oīum bonoꝝ nr̄oꝝ corpo
ralium tp̄alium ⁊ spūalium qḋ nō solū per
sacram scripturā ꝓbatur Ja. c. 2. Oē datū
o. ⁊. o. d. p. d. sursum ē. S; ēt p ph̄m primo
thopi. d. Omne bonū h; principiū ab vno
bono s. deo. Et in li. de secretis se ad Alex.
d. Sicē oīs veritas ab vna veritate sic oīs
bonitas ab vna bonitate. Et in li. de bono
fortune. Deū honoram⁹ q̄ bona oīa tribuit
⁊ sine ipso nihil ē bonum. ⁊ in libro de cau
sis dicit. Prīa cā influit bonitatē suam in
oībus tam in corporali q̄; in tp̄ali. Et ph̄s
in thop. sic dicit. a prīo bono oīa bona ṗce
dunt. Si ergo vt dicit ph̄s in tertio d̄ aīa.
Deus ⁊ natura nihil agunt frustra nō ista
nobis cōicauit nisi ꝓpter bonum finem vt
v; bonū ꝓpositū aīe ⁊ corpōis prīo nobis
ꝓcuremus deinde his q̄ nobis ꝓīmen sūt
⁊ demum oībus proximis nr̄is necessitatē
patientib⁹ subueniam⁹ igiꝛ p; ꝓpositū ꝙ d̄
bemus diligere ꝓximos nō solū affectu ſ;
ēt effectu. Et hoc tripl̄r. ¶ Prīo in spūali
bus. ¶ Scd̄o in tp̄alib⁹. ¶ Tertio i corpo
ralibus. ¶ Prīo debem⁹ diligere ꝓxios
nr̄os eis subueniēdo in extrema necessita
te spūali. ponēdo. ¶ Prīo vitā propriam
pro illius salute cum extrema necessitas
id reqrit si sine periculo aīe ꝓprie fieri p̄t.
Nā vt dictū ē supra tractādo de dilectione
ꝓpria tenemur pl⁹ aīaꝫ ꝓximi diligere q̄;
corpora nr̄a iō qlibet teneꝛ de necessitate
corp⁹ exponere ꝓ salute ꝓximi ēt si su⁹ ēēt
inimic⁹ puta si qs videret seduci ꝓximū
ab infidelibus teneꝛ periculo se exponere
mortis vt eū a tāto fidei ꝑiculo eripiat ⁊
adiuuet. Idē dr̄ ⁊ intelligiꝛ si ab hereticis
habere virum poterit contrahere cum ea post mortem mariti. Similiter ꝛ mulier si ignorauerit eum habere vxorem .e.ti.c.ve niens. Tamen si vir dat fidez mulieri post mortem viri eius de contrahendo cum ea sinō cognouerit viuēte marito si postmo dum duxerit eam non sunt seperandi. idez etiam intelligit̄ de muliere.e.ti.c. Si quis. Quis ergo enumeret quot sepe moriunt̄ propter adulteria. ❡ Sexto detestandum est hoc vitium rōne scādallizationis: quia inde oriuntur plurima scandalla puta ire Rixe odia: quot dāna quot calamitates. Quis nō lingua: sed nec intellectu sufficit capere quot mala ex adulterio helene pro uenerint in destructione troie. vnde dātes in primo cant. prime comedie inquit Hele na vidi per cui tanto reo Tempo si volse e vidi el grande achile. che cū amore a fin combateo: quot filij occiduntur? quot here ditates dissipantur: quot furta. Nam sepe adultera dat de bonis sui mariti adultero spurij succedūt hereditati sepe occidūt ma ritum illius ꝛ postmodū coniugio iungit ꝛ sic persistunt: quis talibus poterit dare consilium oportunum? peccant adulterādo occidendo contrahendo persistendo i ma trimonio ꝛ bona viri surripiendo siue i he reditate succedēdo. ❡ Septimo ꝛ vltimo hoc vitiuz sume est detestandum rōne dis sotiationis. nam ex mrīmonio quedam so cietas naturalis sequitur ꝛ tanta dilectio ꝙ vix enumerari pōt sicut in singulis i di uiduis est absolutū ꝛ respectiuum in ange lis intellect⁹ ꝛ voluntas in celo motus ꝛ lux in igne caliditas ꝛ siccitas in aere cali ditas. ꝛ humiditas. in homine anima ꝛ cor pus ita in matrimonio piungit̄ vir ꝛ vxor per societatem que societas nimis placet altissimo. vnde ecc.25. in tribus placitum est spiritui meo: que sunt ꝓbata coraz deo ꝛ hominibus. concordia fratrū amor proxi morum ꝛ vir ꝛ mulier bene sibi consentien tes. Sed talis societas per adulteriū tolli tur amor minuitur adeo vt persepe mors ꝛ homicidium subsequatur. Que mors ab ecclesia grauius punitur morte parentis vt patet.33.q.2.c.admonere. vbi Stefanus Astulpho vxoricide sic inquit. Ingredere monasterium sub manu abbatis humiliar te ꝛ multorū fratruz precibus adiutus ob serua cūcta que tibi fuerint imperata sim plici animo si forte ignoscat dei īfinita mi sericordia peccatis tuis. ꝛc. vbi notatur pe na grauissima vxoricidorum. Causa huius est ne fiant proni ad vxoricidiū ad quod maxime propter adulterium incitant̄. Et est etiam Ric.in.4.di.37.ar.2.q.2. Quod viro non licet vxorem adulteram auctori tate propria interficere: sed bene potest ꝓ curare apud iudicem vt occidatur nō amo re vidicte: sed zelo iusticie. Ecce quid facit adulterium. Raro ē vt possit celari ꝛ vix possūt reconciliari. sed maritus indigna tus accedit ad alias sed ꝛ vxor sentiens eū ire ad alias indignata querit alios. ꝛ non potest videre virum suū adultera insuper tanto adheret adultero amore libidinoso ꝙ non potest videre uirum. ad hoc facit exemplum illius que suspendit virum suū mortuum loco latronis qui fuerat raptus legitur vtiqz de quadam alia ꝙ cuz vellet ire ad lecatorem dicebat viro suo uideo te infirmū veni cooperiā te ꝛ sudabis ꝛc. le gitur enim de quadam adultera que cum diceret adultero ꝙ plus ꝗ̄ maritum suuz diligeret dixit ille ei non credam tibi nisi attuleris mihi vnum de melioribus denti bus quos vir tuus habet in ore: que reuer sa domum flere cepit iuxta eum. ab eo req sita quid fleret rñdit habeo vir mi vnum dentem in ore fetidum quod sustinere nō valeo. ꝛ tantū egit vt ille frisonus sibi den tem meliorem extirpare permitteret: quē statim adultero detulit. ꝛ sic patet ꝗ̄ dete standum sit hoc vitium adulterij rationi bus supradictis. ꝛ pars prima principa lis.

¶ Pars scḋa huius sermonis in qua mul tiplici auctoritate pbatur abhominan. eẽ vitium adulterij.

Secũdo pricipalr̃ dico abhominã. eẽ vitiũ adulterij diuersa auctoritate. Et pͥo Mosaica. Gen. 20. Redde vxorẽ viro suo si aũt redire nolueris scito q: morte morieris. Et Leu. 18. Cũ vxore proximi non coibis. Et numeri. 5. Si concubuisti cũ altero viro his maledictionib⁹ subiacebis det te dñs in maledictionẽ exemplũq3 cũ ctorꝝ i populo suo putrescere faciat femur tuum tumens vterus tu⁹ disrumpatur. ⁊ Deutronomij. 17. Maledict⁹ qui dormie rit cum vxore pxımi sui. ⁊ respõdebit oĩs populus. Amẽ. ¶ Scḋo idem pbatur au ctoritate pphetica. Nã sapiẽtie. 4. dicitur Adulterine plantatiões non dabunt radi ces altas nec stabile fundamentũ colloca bunt. Et iterꝝ sap. 4. ait. Sapiens. ex iniqs oẽs filij q nascen. testes sũt nequitie aduer sus parentes in interrogatiõe sua. Et iterũ 14. c. ait. Neq3 vitã neq3 nuptias mundas iam custodiunt. Et eccle. 23. c. Oĩs mulier relinquens virꝝ suũ. erit dedecus omnibus eo ꝙ nõ intellexit timorẽ domini. ⁊ Jere. 5. vnusqsq3 ad vxorẽ proximi sui inhiabat Et Jere. 9. c. Derelinquã ꝑplm̃ meũ q: oẽs adulteri sunt. Et ezechiel. 22. Unusquisq3 in vxorẽ sui opatus abhoiatiõẽ. ¶ Tertio idem pbatur auctoritate euangelica. Nã dixit dñs Mat. 17. Quos deus cõiunxit homo nõ separet. Reprehẽdens iudeos qui dabãt libellũ repudij ⁊ contrahebant cũ alia declarans hoc eẽ potius adulte rium q̃3 matrimoniũ q: ꝓpter coꝝ duriciã Moyses permiserat hoc vt maius maluз euitaretur ne. s. eas interficerent: si nõ pos sent dimittere ⁊ non placerẽt eis. ⁊ Jo. 4. Quinq3 viros habuisti ⁊ hũc quẽ habes nõ est tuus vir. ⁊ Jo. 8. Mulier hec modo deprehensa ẽ in adulterio. Moyses mãda uit huiusmodi lapidare. Tu ergo quid di cis. cui tandem dixit. Mulier vade ⁊ a. n. peccare. ¶ Quarto idẽ probaꝛ auctoritate Apostolica. Nã dicit Apl's pͥe ad Cor. 2. ꝓpter fornicationẽ autẽ vnusquisq3 vxorẽ suam habeat ⁊ vna queq3 suum virꝝ vxori vir debitũ reddat similiter aũt ⁊ vxor viro Mulier sui corporis potestatẽ non h3 sed vir silr̃ aũt ⁊ vir p. s. c. nõ h3 sed mlr̃. Noli te fraudare inuicem nisi forte ex consensu ad tp̄s vt vacetis oroni. Jtem ibidẽ. e. c. his aũt qui in mr̃io iuncti sunt precipio nõ ego sed dñs. vxorem a viro nõ discedere. Jtẽ ad hebre. vltio. Fornicatores enim ⁊ adulteros iudicabit de⁹. ¶ Quinto idem pbatur auctoritate autentica. s. sanctorum doc. Augu. li. 5. Omel. omel. 50. dicit Mu lieres xp̄iane zelentur viros suos non pp carnem sed pp aĩas illoꝝ. oĩno ego moneo ego cõmoneo ego p̄cipio ego iubeo nolite viros vr̃os pmitteꝛ fornicari interpellate cõtra illos ecclesiã nõ dico iudices publi cos nõ proconsulẽ nõ vicarium non impe ratorẽ non comitem s3 xp̄m ⁊ ep̄m. Jn ce teris oĩbus ancile estote viroꝝ vr̃oꝝ subdi te obsequimi nulla sit vobis proteruitas nulla superbia nulla cõtumelia nõ aliqua inobediẽtia prorsus tanq̃3 ancille seruite. h̄ ille. Ambro. in li. de Abraã dicit. c. 6. Et si natura seruus ac barbar⁹ eẽt tamẽ signa tur etiã externis ⁊ barbaris erroneis eẽ curam pudoris. ⁊ adulterij etiã sibi crimẽ cauendũ. Qui pretendit ignorantiã condẽ nat intemperantiam. Nec mirum si barba rus nouit vis nature cũ ⁊ animantia que nullis tenẽtur legibus sunt tñ aliqua que nõ solum paribus suis copule seruent fidẽ sed coytus vni⁹ castitatẽ custodiant. Jtaq3 maior lex nature q̃3 legũ proscriptio est. Non mirũ ergo si iste egiptius rex domi ni timuit q hominẽ nõ timebat. ⁊ penam soluit adulterij q nullis tenebatur reus le gibus statimq3 vt alienã eẽ agnouit vxo rem non solũ marito reddidit verꝫ etiam assequutores dedit qui deducerẽt eum ne quis de populo barbaro irrogaret violen

tiam vel periculo viri vel vxoris pudori. h ille. ¶ Item Hiero. in epla cōsolatoria ad occeanū de obprobrijs ꝛ tentationibus proximi noie pferēdis dicit. Erubescāt vo races igit ꝛ ebriosi iniusti raptores adulteri ꝛ quicūqꝫ in suis gloriātur malis quos gehēna ignis expectat ꝛ quib⁹ supplicia eterna pręparātur. ꝛ in epla ad occeanū de morte fabiole. Idē dicit. Alie sunt leges cesaris alie Jesu xpi. Aliud papinian⁹ aliud paulus nr̄ precipit apud illos ēt viris impudicitie frena laxantur ꝛ solū ꝓ stupro ꝛ adulterio condēnātur passim ꝑ lupanaria libido pmittitur ꝛ ancillulas quā culpam dignitas facit nō voluntas apud nos qđ nō licet feminis ēt non lꝫ viris ꝛ eadē seruitus pari condictione censetur. h ille. ¶ Sexto idē ꝓbatur auctoritate canonica. Nam. 31. di. c. Nicena dr̄. Honorabiliter cōfessus ē Pānutius esse nuptias ꝛ castitatem dicens eē cum ꝓpria vxore concubitus. Et. 32. q. 4. in. c. Nemo scribitur. Jō cōiugijs tibi datū est ius ne in laqueū incidas ꝛ cum aliena muliere delinquas. Et. 32. q. 2. c. quicqd dr̄. Quicqd inter se coniugati inhonestum inuerecundū sordidū ve gerunt vicium est hoīum nō culpa nuptiaꝝ. ꝛ ifra debent ēt sibi coniugati non solū ipsius sexus sui comiscendi fide liberoꝝ procreandorum causa que pria est humani generis in ista mortalitate societas veꝝ etiaꝫ infirmitatis inuiceꝫ excipiende ad illicitos cōcubitus euitādos mutuā quodāmodo seruitutem vt etiā si alteri eorum continētia perpetua placeat nisi ex consensu alterius non possit. h ibi. Et. 34. di. c. Qđ ergo dicitur. Difficile continentiā seruat qui se illicito concubitu maculare non timuit ꝺ hoc etiam habetur. 31. q. 6. c. 1. ꝛ. 32. q. 2. c. pudor ꝛ. 27. q. 1. c. nuptiaꝝ. Et extra de cōuer. infi. c. ex litteris. Et. 32. q. 7. c. tm̄ dicitur. Tantū valet vinculum coniugale cum causa procreandi colligitur vt nec ipsa peccādi causa soluatur. ¶ Septimo ꝛ vltimo idē probatur lege polytica. i. ciuili. Nā in auc. de nup. col. 4. consti. pria. ait Imperator. Marito vxoris inferre priuationē non minor est pena q̃ꝫ ab hostibus capi. Idem. C. de sponsalibus. l. 2. sic dicitur. Nihil fraudis ei fit que nuptias maturādo vota sua diutius ludi nō passa est. Et. C. coia de manumissio. l. fi. dicitur. Uxores habētibus concubinas vel liberas vel ancillas habere nec antiqua iura nec nostra concedunt. Et. C. de nuptijs. l. vidue. ꝛ. C. de cōcubinis l. nemini scribit. Nemini licentia concedat cōstante matrimonio concubinā penes se habere. ꝛ. ff. soluto ma. l. Si cum dotem. §. Eo. autē vbi dicitur. Que uis vel mulier vel ad modicū inuenis nimia ē circa maritum in merentem. Et in auc. vt iudices sine quoquo suffragio. §. hec oia. ꝛ in auc. vt consul. col. 4. cōsti. tertia. ꝛ in auc. de nup. col. 4. cōsti. prima vbi dicitur. Si vxor maritum luxuriose viuentem ꝛ alijs corrūpi perspexerit ꝙ maxime mulieres vt puta contra cubile stimulata exasperat. ꝛ pręcipue castas. ꝛ. ff. solu. ma. l. Auis. Sulpian⁹ inquit. Contra reuerentiam que maritis exhibenda est nihil facien. apparet. h ibi. Et sic patet multiplici auctoritate adulterium esse detestandum. Et secunda pars huius sermonis.

¶ Pars tertia huius sermonis in qua ꝓbatur vitium adulterij esse detestan. ꝛ fugien. exemplaritate varia.

Tertio probat detestandū esse adulterium varia exēplaritate. ¶ Primum exemplum habetur Gen. 20. c. de Abimelech qui iam prenoscens sarā esse abrae vxorē ꝛ nō sororem sicut ille dixerat Abrae dixit. Quare imposuisti nobis: potuit quispiā de populo coire cuꝫ vxore tua ꝛ induxeras sup nos grande peccatum. ¶ Secundū exēplum habetur gen. 12. de Pharaone qui qr accepit vxorē abrae flagellauit dominus pharaonē plagis maximis ꝛ domū eius ꝓpter saray vxorē abrae

vocauitqz pharao Abraā ⁊ dixit ei. Quid nam est qḋ fecisti mihi. quare nō indicasti mihi ꝙ vxor tua esset? Nunc ergo ecce cō iunx tua accipe eam ⁊ vade precepitqz Pharao sup Abraā viris ⁊ deduxerūt cū ⁊ vxoré illꝰ. ⁊ omnia que habebat de quo dicit Ambro.li.de abraam.c.6. Afflixit aūt dominꝰ pharaonem afflictionibꝰ magnis ⁊ seuis ⁊ domū eius ꝑpter sarrā vxorem abrae magnū est testimonū documētūqz castitatis tuende locutus ita vt vnusqsqz castum se prebeat alienū nō affectet thoꝝ nec latendi spe aut faciendi ipunitate alie nam vxoré inquirat. Hc ille. ❡ Tertiū exē plum hētur scdi Re.tertio de Amner qui cū misisset nuntios ad Dauid mādans eis procurare vt Dauid regnaret sup vniuer sum israel respon. Dauid ꝙ prius volebat sibi restitui Michol vxoré suam quam ab stulerat ei pater eiꝰ aliter nō videret facié suam ⁊ hoc dixit dauid preponēs vxorem regno israel. ❡ Quartū exemplū habetur isūma de septē donis vbi recitatur ꝙ qui daꝫ Magister normanus pinsius studēs in artibus cū quadam coniugata cōmisce batur nocte quadā apparuit ei in visione quidā terribilis tenēs pueꝝ quem coram eius oculis lacerabat di. qḋ sic eum lacera ret nisi ab adulterio cessaret qui territus recitauit visioné viris religiosis q ab eis cōmonitus vt ageret penitentiā ⁊ a pecca to cessaret ille auté ad cōsueta rediens cū adultera deprehensus frustratꝰ ⁊ lacera tus est. ❡ Quintū exemplū hētur de ani malibus de quibus Augu. di. in sermone ḋ caritate. Amor cōiugalis cōmunis est cuꝫ pecoribus habēt eniꝫ quedam eoꝝ coniu gia ipsi etiā pascereს habent coniugia sil' uidos faciunt oua fouent simul pullos nu triunt ⁊ puident eis. Ideo narrat Magi ster geruasius in libro de solatijs imperia libus ꝙ in arelatēsi regno fuit coruꝰ voces humanas edoctus q denūtiabat domino suo hostiū insidias puolando hinc inde. q videns quendā nimis familiaré dn̄e sue ea admonita ne faceret cū nō cessaret reuella uit dn̄o suo adulteriū. ⁊ sagita adulterí ꝑ cussus interijt. Dicit ét idé ꝙ in codé loco iuuenis quidā ai leuitate ductꝰ ascendens turrim posuit ouum corui in nido ciconie postq̄ꝫ auté pulli nati fuerūt aduertēs ma sculus coruinum non esse suum conuocatis alijs ciconijs pullum alienuꝫ videntes fa cto strepitu irruerunt in ciconiam ⁊ pullū rostro ⁊ vnguibus eosqz penitus lacera uerunt. Dicitur etiam ꝙ in quadam abba tia vbi multi nidi ciconiarum habebantur dum quedam ciconia ab alieno cognita velet abluere se in quodam fonte ibidem monachi qui viderant cum alio coire pro hibuerunt eam rediens eius socius cogno scens ꝙ alius eam nouerat conuocat alias ciconias que adulterum ⁊ adulteram lace rauerunt. ❡ Sextum exemplum narrat Hieronimus in questionibus gen. qui di cit ꝙ mulier quedam suspecta ḋ adultero eo ꝙ genuisset filiuꝫ parentibus dissimilé. Ypocras auté medicus insignis qui sūme voluptatem detestabatur monuit esse que ren. ne talis forte pictura in cubilli eius esset qua inuenta mulier liberata é. ❡ Se primū ⁊ vltimū exemplū narrat Egesipus libro secūdo de cladibus iudeorum di. de romanis ꝙ cum Paulina nobilissimā ro manorum ⁊ neptis. Caij Imperatoris tur piter amaretur a quodam duce exercitus romanorum ⁊ nullo pacto posset eam fle ctere fecit pactum cum sacerdotibus Isi dis qui Pauline dixerunt se fore beatam quia deus suus volebat hére cum ea secre ta ⁊ nocturna colloquia. Qḋ de cōsensu vi ri sui iuit in templo eiꝰ pernoctare dux au tem latitās surrexit in tēpeste noctis silen tio illiqz dixit fore beatā quia ꝯcubitu suo debebat parere filiū Ioui similem que ab illo cognita mane rem viro suo retullit ille autem ex hi beataꝫ fore credidit. Dux autem occurrens improperauit ei ꝙ cum.

vxor e sua paulina habuisset rem. Paulina át hi audiens seipsā occidit Imperator āt ois isidis interfecit sacerdotes ⁊ idolū in tiberim pcipitatū est. Et ducem perpetuo exilio dānauit. Silr ⁊ lucretia alia nobilissima romana que a filio Tarquini regis violentata nō ferens dāna lese honestatis conuocatis pre ⁊ viro suo de exercitu ante pedes coꝝ prostrata rē eis narrauit ⁊ vindictā de hoc fieri rogans gladio seipsam interfecit. ꝓpter qđ factū romani tarquinū ⁊ filiū eius silr expulerūt ⁊ exactis regibus cōsules statuerūt. Ecce ergo q̄nta mala ex adulterio ꝓueniunt que fugere nos ét alia bruta edocent. Eice ergo ancillam .i. adulterā ⁊ filiū eius vt hereditatem accipias cū xp̄o. i secula seculoꝝ. Amen.

¶ Dominica eadé infra dié: de comēdatione elemosine ⁊ obligatiōe dandi eā ex caritate. Sermo. 47.

Accepit ergo Jesus panes ⁊ cū grās egisset distribuit discūbentib⁹. Scribūtur hec verba Jo. 6. c. Et in euāgelio occurrētis dñice. Quia vt in precedētibus diximus dilectionū fratres i xp̄o Jesu ad caritaté ꝓximi pertinet vt sit comunicatiua oritur dubiū an elemosina cadat sub precepto hui⁹ caritatis. Ad qđ respon. Alexan. in .4. parte in tractatu de elemosina qđ ille qui abūdat bonis fortune debito iustitie dē ꝓximo suo indigenti subuenire sz aliquibus dē subuenire de necessitate iustitie vt illis qui sunt in extrema necessitate aliquibus de equitate vt pote qui sunt in euidenti ⁊ notabili necessitate. Aliquibus v° dispēsatione iustitie vt illis qui coi consuetudine mēdicāt nec tamē apparet in eis signū aliquod grauis indigentie. ¶ In p̄io casu tenentur subuenire occasione necessitatio alr vt opinor é mortale peccatū nō subueniēdo. ¶ In secūdo casu tenētur ratione equitatis .i. de bono ⁊ equo indigētí subuenire si eni q̄uis in nō necessarijs habundat ⁊ nō subuenit ꝓximo existēti in notabili ⁊ euidenti necessitate preiudicat equitati iustitie nisi illa vnde deberet tali subuenire reseruet aliquibus qbus tenet magis subuenire vt dicet infra. ¶ In tertio autē casu est meritoriū subuenire ⁊ nō est demeritoriū non subueniēdo vt si presumat qđ habeat qđ illi sufficiat ad tp̄s illud pertrāseundū. que aūt dispensatiue sunt alliciunt ad sile nec obligant inquantū huiusmodi. h Alexā. nr̄ Ric. autē in .4. di. 15. ar. 2. q. 2. ⁊ Tho. ibidē ar. p̄io. q. 4. dñt qđ hoc preceptum elemosine é affirmatiuū ⁊ ideo obligat sp̄ sed nō ad sp̄. s. p̄ loco ⁊ tp̄e. Consideranda é enim facultas habētis ⁊ mi̅sia indigentis. Si eni hō habet qđ non sit necessarium ad sustentationé sue nature nec eorū quibus tenet prouidere vt sunt filij ⁊ vxor ancille ⁊ serui ⁊ si notabilis indigētia sit ex parte illius cui é danda q̄n. s. apparēt ꝓbabilia signa extreme necessitatis ⁊ tūc habēs tenet ex pcepto subuenire indigenti. Si etiā homo aliqđ supfluum hz vltra substantiā sue nature ⁊ sui status decentiā tenetur de illo elemosinā facere ét si non inuenirentur tales q̄ constituti essent i necessitate predicta. Et si tales plures occurrant qbus subuenire nō pōt omnib⁹ tenetur ceteris paribus magis indigenti subuenire cuius rei exēplum hēmus a xp̄o q vt dr̄ in verbis ꝓpositis vidés ppli multitudiné esuriété accepit panes ⁊c. verū ad pfectioné hui⁹ caritatis habendā impletiaꝝ triplici lege pdicta probare non pigebit. ¶ Primo vz lege nature. ¶ Scđo lege scripture. ¶ Tertio lege gratie.

¶ Pars prima huius sermonis in qua probatur tribus ratiōibus qđ lege nature tenemur elemosinā dare necessitatem paticientibus dicto modo.

PRimo igit pbat lege nature q oes obligamur subuenire pximo necessitatem pacienti tribus rónibus. ¶ Prio róne coicationis sic. Dilectio dei et pximi cadit sub pcepto iuxta illud deutrono. 6. Mat. 22. Lu. 10. et Mat. 22. quod habet. 7. q. 1. c. omnis. 23. q. 4. c. ea vidicta. et c. dz homo et q. 6. c. Si non licet de pe. di. 2. c. Caritas é de sacra vnc. c. vnico. §. hoc vnguento dilliges proximú tuú sicut teipsum hoc etiaz pcipit lex naturalis, quia omne alias diligit sibi simile naturaliter sapientie. 13. Tunc sic illud sine quo dilectio proximi non seruat cadit sub precepto sed ad dilectionem proximi ptinet non solum vt velimus bonuz: sed etiá vt operemur fm illud pumo Jo. 3. Non diligamus verbo nec lingua: sz opere et veritate. i. vera operatione et ideo ibidem sequitur: qui habuerit substantiaz huius mundi et viderit fratrem suuz necessitatem habere et clauserit viscera ab eo quomodo caritas dei manet in eo. q. d. non est vera. ¶ Secundo idem probat ratóne preceptionis sic secóm phm. 5. ethi. c. 2. lex nature dat precepta de actibus omniú virtutum sed dare ecclesiam est actus virtutis. ergo est sub precepto legis naturalis. vnde glo. Mat. 5. ibi cum facis elimosinam ait elimosina est pars iusticie. si ergo iusticia é a lege naturali. ergo et elimosina. ¶ Tertio idem probat in lege nature róne superfluitatis dicit n. phs. 16. de aialibus. Ars et natura eiciút supflua exempli gra. Stomachus in húano corpore nó suscipit de alimto nisi qd necessariú é reliquú át alijs mébris cóicat cum igit nos vt dicit Apo. ad Ro. 12. multi vnú corpus sumus in xpo Jesu quod ét habet prime ad cor. 12. et 7. q. 1. c. oés de suma tri. c. dánamus. sequitq chri sti unus habens substantiá non sibi necessariá tenet primis contribuere ó necessitate vnde Basilius de eo q supflua hz et nó dat elemosiná dicit. Cur tu abundas et ille mendicat nisi vt ea bone cópensationis merita cósequaris. ille vero paciétie brauijs decoretur. Et infra est panis famelici qué tu tenes nudi tunica quá tu incóclaui suas discalciati caliga que penes te marcesit. Indigentis argétú qd possides humatú quo circa tot iniurias q: dare valeres. Adhoc idem facit illud dictú Ambr. in li. de diuite cuius ager vberes fructus attulit. 47. di. c. Sicut hi. di. Quid iniustú é si cú aliia non inuadá ppria diligentius fuo. rńdet Ambr. O impudés dictu ppria dicis que ex rebus reconditis in húc mundú detulisti. quando in hanc ingressus es lucem. qń de vétre matris exijsti quibus queso facultatibus: qbus subsidijs stipatus ingressus es et infra. Nunquid iniquus é deus vt nobis equaliter non distribuat vite subsidia: vt tu q esses affluens et abúdans alijs vero deessent et egerent an idcirco magis: qz et tibi voluit benignitatis sue experiméta conferre. et alium per virtuté pacientie coronare tu vero susceptis dei muneribus et in finuz tuú redactis nihil te reputas agere iniquú si tam multorum vite subsidia solus obtineas quis enim tam iniustus tam auarus qz qui multorú alimenta suam nó vsum sed abundantiam et delicias facit neqz enim minus é criminis habenti tollere qz cum possit et abúdas denegare indigentibus. Exurientiú panis quem tu detines nudorú vestimentuz est quod tu recludis miserorú redemptio et absolutio pecunia: quam tu in terra defodis tantorú. ergo te scias inuadere bona quantis prestare possis qd nolis. vnde sciendum est q pauper et egenus ne dú via consientie sublcuius est per diuité sed ét i ecclesiastico foro implorando officiú iudicis spúalis. i. epi qui pót compellere diuitem ad sibi subuenienedú vt vult glo. notanda in. c. Sicut hi. 47. di. quaz adhoc allegaut pro singuli. d. Ludouicus pútanus al. de vrbe in suis singularibus. Et in rubrica. ff. ó noui. operis núciatione. Sicut igitur velemus nobis sub

ueniri in necessitate. ita ⁊ nos per illam le
gem naturalem que habet͛ Mat.7. lu.6. ⁊
di. prima in principio. Quecumqz vultis ⁊c.
alijs subuenire debemus. ¶ Quod si con
tradicat͛ sic cuilibet licet retine͛ suam rez
sed retinendo rem suam elemosinā non da
bit. ergo licitum ē non dare elemosinam.
Ad hoc Ri. ⁊ tho. rñdēt vbi supra. Quod
supfluū ad substantiam nature tue. ⁊ si sit
tuū proprium quantū ad dispensationem
seu auctoritatem administrandi: quantū ta
men ad vsum illorū est in quibus vides si
gna probabilia necessitatis extreme quod
non probat͛ solum per scripturas sacras:
sed etiam per polyticas. Nam quintilian⁹
li. causaꝝ c. i. s. dicit voluit nos immortalita
tis artifex in cōmune succurre͛ ⁊ per mu
tuas auxilioꝝ vices quenqz in alteꝝ quod
pro se teneret confer͛ in aliena fame qsqz
sui misere͛. hec ille. vnde romani quodam
naturali instinctu opa pietatis exercebat
iō Valerius li.5. dicit ꝙ cū cartaginenſ̄ mi
sissent legatos pro redimendis captiuis
suis subito absqz accepta pecunia romani
libe͛ eis captiuos reddiderūt qui captiui
erant duo millia septingenti quadraginta
tres iuuenes vbi subdit idem valerius o
magnificentia gentis romane deorum be
nignitati equandam. o legationem felicez
que beneficium quod nunqz dedisset acce
pit. Possēt etiam ista probari tribus exē
plis legalibus. ¶ Primo quia sicut liber
ti ingrati dominis suis rediguntur in ser
uitutem pronī. ⁊ filius emancipatus patri
emancipāti ingratus reuocatur in pariaz
potestatem per actionem ingrati. C. ꝺ ma
gistratibus conue. l. i. Nam ingratitudinē
committit libertus quando indigēti patro
no suo alimenta negat. C. de alendis libe
ris. l. alimenta sic qui negāt alimenta xp̄o
i. indigentibus qui sunt membra eius iux
ta illud ps. Ego vero egenus ⁊ paup sum
quia ipse nos liberauit non solum in serui
tute diaboli redigetur: sed etiam sicut fili⁹
propter ingratitudinē exheredabitur. In
auc. vt cū ꝺ appellatiōe cognoscitur. § cās
coll. 8. ⁊ extra de iure iurando. c. Quinta
uall. ¶ Secundo quia sicut homo potest
facere debitorem suum teneri alteri cui ip
se voluerit ⁊ tunc eo ipso ꝙ alteri dat debi
tum suū facit suum debitorez esse alteri de
bitorem. C. que res pigno. obli. possūt. l. no
men ⁊. ff. de pignoribus. l. Si conuenit. sed
deus cui debitores sumus vult vt nos ista
bona pauperibus tribuamus. Mat.7. gra
tis accepistis gratis date. ¶ Tertia quia
sicut vir qui accipit bonam dotem cū vxo
re sua ⁊ prole sua potest hereditatem ma
gnam per illam habere si eam bene tenue
rit. si vero ipsam ⁊ prolem eius dimiserit
ff. soluto matrimonio. l. 2. dos quam cū mu
liere accepit eidem restituet sic ille qui ac
cepit filiam dei spūalem. i. christianaz fidē
in vxorem sicut quilibet xp̄ianus facere de
buit cum omnibus que habet ⁊ cum here
ditate magna celi i spe si bene se habuerit
ad sponsam ⁊ prolem eius. i. ad vniuersos
xp̄ianos ⁊ specialiter ad paupes filios eꝰ
acquirit sibi vitam eternam. Si autez ma
le se habuerit fidem malis operibus repu
diando quia fides sine operibus mortua ē
Jac. 2o ⁊ pauperes eius pueros nō alendo
priuabitur habitis ⁊ habendis. ⁊ sic patet
elemosinam dare esse necessarium lege na
ture ⁊ pars prima huius sermonis.

¶ Pars 2a huius sermonis i qua proba
tur ꝙ obligamur dare elemosinam paupe
ribus lege scripture.

Secundo probatur lege scripture ele
mosinam dare necessarium esse ad
salutem triplici auctoritate. s. Mosaica hi
storica. ⁊ prophetica. ¶ Primo probatur
auctoritate mosaica. plures enim sunt spe
cies elemosine. Nam peregrinos hospita
re est spēs elyme. vnde Abraam credens
homines esse angelos excepit geñ.19. Tri
bulatos consolari etiaz est pars elemosine

Ideo Ruben et Judas conabatur Joseph liberare Geñ. 27. incarceratos etiam liberare vt fecit Abraã loth Geñ. 14. Et ideo docet nos lex ista deũ placarẽ muneribus. vnde Gen. 32. dicitur placabo eum muneribus que precedunt et postea videbo eum forsitã propiciabitur mihi. Et ideo Moyses deutronomij. 15. docet debeẽ facere elemosinã di. Indigens et mendicus non erit inter vos vt benedicat tibi deus et infra. Non deerunt pauperes in terra habitatõnis tue. Idcirco ego precipio tibi vt apias manum tuam fratri tuo egeno et pauperi qui tecum versatur in terra. ℂ Secundo idem probatur in lege scripture auctoritate hystorica. Nam iudicum. 8. dicitur q̄ Gedeon compatiens sotijs defatigatis panem postulabat pro eis. Et primi Re. 30. Dauid compatiens sotijs fatigatis nõ vallentibus descendere ad belluz remanẽtibus autem ad sarcinas cõstituit vt equa esset eorum portio. et ideo dixit equa enim pars erit descendentibus ad prelium et remanentib⁹ ad sarcinas et similiter diuidẽtur. Similiter Hester audita tribulatione populi pro eius salute morti se exposuit. Hester. 7. c. Et filij israel ducẽta millia mulierum et puerorum capta vestierunt et remiserunt eos secũdi paralip. 15. Et ideo per exemplum hortamur ad elemosinam primi parali. vltimo vbi dicitur. Tua sũt omnia domine: et que de manu tua accepimus dedimus tibi hec ibi.

ℂ Tertio idem probatur auctoritate prophetica sic discurrendo. Vade et adhuc aliquos de tribu nostra timentes dominum et epulentur nobiscũ vt habeẽ Thobie. 2.

ℂ Si multum tibi fuerit abundanter tribue si exiguum illud etiam impartiri stude Thobie. 4.

ℂ Ex substantia tua fac elemosinam et noli auertere faciem tuam ab vllo paupere. ita enĩ fiet vt nec a te auertatur facies domini panem cum esuriẽtibus et egenis comede et vestimẽtis tuis nudos tege. ibidẽ

ℂ Filijs vestris mandate vt faciant iusticias et elemosinas vt sint memores dei et benedicant deo in omni tẽpore Tho. 14.

ℂ Dispersit dedit pauperibus et c. ps. 102.

ℂ Qui tollit ab amico suo misericordiam timorem dñi dereliquit Job. 6. c.

ℂ Aquam lapso non dedisti et esuriẽti subtraxisti panem in fortitudine brachij tui possidebas terram et potẽtissimus obtinebas eam viduas dimisisti vacuas et lacertos pupillorum cõminuisti propterea circundatus es laqueis et conturbat te formido subitanea Job. 22.

ℂ Oculus fui ceco pes claustro pr̃ eram pauperum et causam quam nesciebam diligentissime inuestigabam Job. 29.

ℂ Si comedi bucellam meam solus et nõ comedit pupillus ex ea: quia ab infantia mea creuit mecũ miseratio et de vtero matris mee egressa est mecum si despexi pretereuntem eo q̄ non habuit indumentum et absq; operimento pauperem si non benedixerũt mihi latera eius et de velleribus ouium mearũ calefactus ẽ si negaui quod volebant pauperibus et oculos vidue expectare feci et c. Quis mihi tribuat auditorem vt desiderium meum omnipotẽs audiat sed librũ scribat ipse q iudicat Job. 31.

ℂ Qui abscondit frumenta maledicetur in populis benedictio autem super caput vendentium Prouer. xi.

ℂ Qui mereẽ paupi beat⁹ erit. puer. 14.

ℂ Qui obturat aurem suam ad clamorez pauperis ipse clamabit et non exaudietur prouer. 21.

ℂ Qui sequitur misericordiam inueniet iusticiam et vitam et gloriam ibidem. Qui pronus est ad misericordiam benedicetur de panibus enim suis dedit pauperibus: victoriam et honorez acquiret qui dat munera. puer 22.

ℂ Erue eos q ducũẽ ad mortẽ et q trahũẽ ad interitũ liberare ne cesses puer. 24.

¶ Si esurierit inimicus tuus ciba illũ si sitierit da ei aquã bibere pꝛunas enim con gregabis sup caput eius ⁊ dominus red det tibi prouer.25.
¶ Qui dat pauperi non indigebit qui de spicit depcantẽ sustinebit penuriã.puer.28.
¶ Manũ suam aperuit inopi .⁊ palmas suas extendit ad pauperem nõ timebit do mui sue a frigoꝛibus niuis puer.31.
¶ Fili elimosinã pauperis ne defraudes ⁊ oculos tuos ne trãsuertas a paupere an imam esurientẽ ne despexeris ⁊ ne exaspe res pauperem in inopia sua Ecc.4.
¶ Homo homini reseruat irã ⁊ a deo que rit medellam in hominem similẽ sibi non habet misericoꝛdiam ⁊ de peccatis suis de pꝛecabitur.q.d.nisi ei pꝛodest Eccľ.28.
¶ Perde pecuniam pꝛopter frẽm ⁊ ami cũ :⁊ ne abscondas illã sub lapide in per ditionem.⁊ igitur.
¶ Transi hospes ⁊ oꝛna mensam.⁊ que in manu habes ciba ceteros Eccle.29.
¶ Paruuli petierũt panem.⁊ nõ erat qui frangeret eis Tre.4.
¶ Frange esurienti panem tuũ ⁊ egenos vagosq; induc in domum tuã ⁊c. Jsa.58.
¶ Si panem suũ esurienti dederit ⁊ nudũ vestimento operuerit a pauperis iniuria auerterit manũ suam vsuram ⁊ supabũdan tiã non acceperit iudicia mea fecerit in p̃ ceptis meis ambulauerit hic non moꝛieẽ in iniquitate pr̃is sui sed vita viuet ait do minus omnipotens Ezechi.18.
¶ Peccata tua elemosinis redime ⁊ iniq tates tuas i misericoꝛdijs paupeꝝ Dañ.4
¶ Tu seminabis ⁊ non metes tu calcabis oliuam ⁊ nõ vngeris oleo ⁊ mustũ.⁊ non bibes vinum:quia.s.cũ pauperibus nõ cõ municasti Michae.6.
Et sic patet necessarium esse dare elemosi nã lege scriptuꝝ.Et ps s̃a huius s̃monis.
¶ Pars tertia huius sermonis in qua ꝓ batur q̃ tenemur dare elemosinã indigen tibus lege gr̃e.

Tertio ꝓbatur lege gratie esse neces sarium ad salutem dare elemosinã pauperib⁹.⁊ hoc auctoꝛitate triplici.s.euã gelica apostolica ⁊ cãonica. Pꝛimo aucto ritate euangelica.
¶ Beati misericoꝛdes quõ ipi misericoꝛ diam consequentur. Math.5.cap.
¶ Quicunq; nõ receperit vos exeuntes a domo foꝛas:vel ciuitate excutite pulue rem de pedibus vestris. Mat.10.c.
¶ Non est bonum sumeꝛe panem filioꝝ ⁊ dare canibus Mat.15.c.
¶ Quicunq; potum dederit vni ex mini mis istis calicem aque frigide tm̃ in noie discipuli amen dico.u.n.p.m.s. Mat.10.
¶ Esuriui ⁊ non dedistis mihi manduca re. Mat.25.
¶ Omni petenti te tribue. Luc.6.c.
¶ Quod supest date elemosinã ⁊ ecce om nia mũda sunt vobis. Lu.11.
¶ Cum facis conuiuiũ voca pauperes d biles ⁊ claudos ⁊ cecos ⁊ beat⁹ eris q: nõ habent tibi retribuere.retribuet.n.tibi in resurrectione iustoꝛum Lu.14.
¶ Ecce dimediũ bonoꝛũ.m.do.pau. lu.19.
¶ Uidens Jesus turbã multã misertus est sup eos ⁊ pꝛecepit discipulis vt facerẽt omnes discumbeꝛe ⁊ acceptis quinq; pani bus ⁊ duobus piscibus aspiciens in celum benedixit ⁊ fregit deditq; discipulis suis. vt ponerẽt ante eos ⁊ manducarẽt ⁊ satu rati sunt. Mar.6.c.
¶ Qui recipit vos me recipit ⁊.q me re cipit.recipit eũ qui me misit Jo.13.
¶ Scdo idẽ ꝓbaꝛ auctoꝛitate apostolica sic discurrendo.
¶ Necessitatib⁹ scõꝝ cõicantes Ad ro.12.
¶ Estote inuicẽ benigni misericoꝛdes sic ⁊ deus in xp̃o donauit vobis ad eph.4.
¶ Uestra abundantia eoꝛum inopiã sup pleat. scđe coꝛ.8.
¶ Uidua elligaꝛ in operibus bonis testi moniũ hñs si beñ filios educauit si hospi cio pauperes recepit si sanctoꝛum pedes

lauit. prie thi. 5.
¶ Si quis suorũ et maxime domesticorũ curam non habet fidem negauit et infideli deterior est. Ibidem.
¶ Hospitalitatem nolite obliuisci p hanc enim placuerũt quidam angelis hospitio receptis Ad heb. 13. ca.
¶ Si aũt frater aut soror nudi sunt et indigent victu quotidiano dicat autem aliqs de vobis illis calefaciamini ite in pace et saturamini non dederitis aũt que necessaria sunt corpori quid pderit. q. d. nihil. Et ideo sequit. Sicut et fides si non hz opera mortua est in semetipsa Jacobi. 2. c.
¶ In fide autem omnes vnanimes cõpacientes fraternitatis amatores misericordes modesti humiles non reddentes malum pro malo vel maledictũ pro maledicto sed econuerso benedicẽtes quia in hoc vocati estis vt benedictionem hereditate possideatis prie petri. 3.
¶ Tertio idem probat auctoritate canonica. Tanta ẽ enĩ elemosine necessitas q possessio ecclesie oz alienari pro magna indigentia afflictorũ super quo ponatur talis casus. Quidam terrã donauit ecclesie hac conditione vt nõ liceat ei eam alienare et si fuerit alienata liceat ei vel hrdib9 suis datũ reuocar postea vero iminẽte necessitate pro magna fame paupez pro redẽptione captiuorũ pro graui delicto ecclesie. Querit an possit alienare ita q res nõ cedat ad eum qui dedit eam. Rñdetur ad hoc q sic q in illis casibus licebit alienar.
¶ Primo q nemo paciscẽdo efficer põt quin liceat ei rez suã alienare. ff. de pactis l. penultia. ¶ Secũdo q hi clerici spũ dei et lege priuata ducunt. 12. q. pria. c. duo sunt.
¶ Tertio q priuata dispositio donatoris non põt generalẽ constitutionem imutar extra de testibus. c. requisisti. Sed p cõstitutionez ecclesie illa terra põt alienari. 12. q. 2. c. sacrorũ. ¶ Quarto q pactũ in predicto casu ẽ contra bonos mores et contra cõmunẽ vtilitatem. ergo nõ est obseruandũ. ff. de pactis. l. iurisgentiũ. §. Et generaliter. ¶ Quinto quia maior ẽ lex dei que pcipit elemosinas fieri q̃z humana et q̃z pactum hominis. ergo pponenda ẽ vt habet di. 10. c. lege vbi dr lex imperator non ẽ supra legem dei: sed sub ẽ. pterea talis conditio erat intelligenda si res pmãserit in tali statu. 12. q. 2. c. Ne quis arbitret ea enim que de nouo emergunt nouo indigent auxilio. ff. de interrogatorijs actionibus. l. de etate et ideo cõcludit Amb. in li. de officijs c. aurũ. o. aurũ hz elemosina non vt seruet sed vt eroget et subueniat necessitatib9 qd est op9 custodire qd nihil adiuuat an ignoramus quantũ auri quantũ argẽti de templo dñi assirij sustulerunt nõne melius cõflat sacerdos pter alimoniã pauperũ si aliqua subsidia desũt q̃z sacrilegus contaminat et asportat hostis non ne dicturus ẽ dñs cur passus es tot inopes mori fame certe habebas aurũ. vnde ministrasses alimoniã cur tot captiui in captiuitatem ducti nec redemisti ab hoste occisi sũt meli9 fuerat vt vasa viuentiũ reseruares q̃z metalorũ his. n. posset refferri rñsum quid. n. dices timui ne templo dei ornatus deesset rñdetur aurum sacramẽta nõ querũt neqz auro placet que auro non emunt ornatus sacrorũ redemptio captiuoz ẽ vt illa vera sunt vasa pciosa que aĩas redimunt a morte ille verus ẽ thesaurus dñi qui hoc opatur qd sanguis eius operatus ẽ. et infra nemo põt dicere cur paup viuat nemo põt conqueri quare captiui redempti sunt nemo põt accusare q templũ dei edificat nemo põt indignari: q hũandis fidelium reliqs spacia relaxata sunt nemo põt dolere q i sepulchris xpianorum requies defunctoz est. in his tribus generib9 vasa ecclesie ẽt iniciata confringere conflare. et vender lz. hec ille. Ecce ergo quãta ẽ necessitas ecclesiaz. vñ Hiero. in epla ad Nepotianũ. 12. q. 2. Gloria epi ẽ pauperum puider opib9.

inquit ignominia sacerdotis ꝓprijs stude
re diuitijs natus i paupe domo ⁊ tugurio
rusticano qui uix milio ⁊ cibario pane ru
gientẽ ventrẽ saturare poterã nec similã ⁊
mella fastidio.⁊ infra multi edificãt parie
tes ⁊ colũnas ecclesie substruũt marmora
nitent ⁊c.Et 16.12.q.i.in.c.Quia tua dicit.
Omne qđ supest necessitatibus i cãis pijs
ac religiosis errogandũ est dño magistro
oibus dicente qđ superest date elemosinã.
⁊ ecce omnia munda sunt uobis ⁊.16.q.i.
c.decimas dicit.Cõi vita viuentibus ⁊ iaʒ
deficiendis ꝓportionibus vel exhibenda
hospitalitate ⁊ ad iplenda misericordia no
bis quid erit loquendũ:cũ omne quod sup
est in causis pijs ⁊ religiosis errogãdũ sit
di.dño.Quod supest date ⁊c.Et in.c.reuer
timini.dr.Si qñ fames ⁊ penuria ⁊ reruʒ
omniũ egestas opprimit mundũ sciamus
hoc ex dei ira descendere q se in paupib⁹
si elemosinã nõ accipiãt loquit fraudari.⁊
de pe.di.i.c.medicinã.c.miror.⁊.c.quamob
rẽ vbi ait Hiero.quãobrem consiliũ meuʒ
placeat tibi.peccata tua elemosinis re.⁊ ini
quitates tuas in misericordijs paupeꝝ si
forte ignoscat deus delictis tuis. hec ibi.
Et.42.di.c.ordinandus dr aliena rapere ꝯ
uincit qui vltra necessaria sibi retinere ꝓ
batur ac sic se p opera pietatis constituat
vt ẽt p̄sentis vite subsidia ⁊ eterne clarita
tis p̄mia a dño pcipiat ⁊.82.di.c. ep̄s dicit
ep̄s pauperibus vel infirmis q debilitate
faciente suis manibus laborare nõ possũt
victũ ⁊ vestitũ inquantũ sibi possibile fue
rit largiat.⁊.86.di.c.frem dr. dic ergo illi
vt cũ loco mutet ⁊ menteʒ: nec sibi credat
solaʒ lectionẽ ⁊ orationẽ sufficere vt remo
tus nihil studeat de manu fructificare sed
largã manũ habeat necessitatẽ pacientib⁹
alienã inopiã suam credat:qꝛ si hoc non hʒ
vacuum nõdũ epi tenet.⁊ in.c. in singulis
dr.misericordia.n.plenitudo virtutuʒ est.
Et ideo oibus ẽ ꝓposita pfecta forma vir
tutis ne.vestimentis alimẽtisqʒ suis pcaṗt

⁊.c.pasce ait Ambr.li.đ officijs pasce famẽ
morientem qsquis.n.imunem seruare po
teris si nõ paueris occidisti.hec ibi.Nam
ille dr necare qui alimẽta negat que p̄sta
re põt.ff.de agnoscendis vel alendis libe
ris parẽtibus vel p̄tronis.l.necare. Patet
exemplũ de vidua quadã nobilis.5. filios
hñte que ad tantã penuriã deuenit vt per
plures dies solis legumibus filiolos nutri
ens quasi deficere inciperẽt dicentes mĩ
da panẽ mr:quidã eius vicinus mulieris
aduertens tristiciã ⁊ penuriã ac mendica
ri verecundiã cepit tristem verbis cõsola
ri ⁊ ei se prouisurũ ꝓmitteṙ sicqʒ omni die
p̄cepit ei dare sex panes aliqñ aũt domum
eggressus vxori sue ꝯsuetam elinam face
re p̄cepit illa aũt vt erat auara neglexit ã
mo ⁊ paupercul ã que.6o die ad ipsaʒ vene
rat exprobrari cepit de ĩpudẽtia que ad fi
liolos reuersa claudens hostiuʒ cum filijs
clamantibus mr panẽ more infantiũ in le
cto se posuit cuʒ filijs vir aũt ille domũ re
uersus ex p̄io pane vt comedere incidit.
sanguis vndiqʒ ꝓfluit ⁊s đ paupercula re
cordatus ad eã currens eã semimortuaʒ fi
lijs iam extinctis inuenit que ⁊ ipsa statiʒ
expirauit.ecce ergo qꝛ auara illa hõicida
fuit qui.ergo elemosinã non facit homici
da cõuincit .nolite ergo negare misericor
diã pacie:qꝛ.7.q.i.c.ois dr.Qui aũt miseri
cordiã faciendã negant pacientibus ipsum
xp̄m negant q est misericordia ⁊ veritas.
Supradicta cõfirmat lactam⁹ i li.de vero
cultu di.Nullius opa indigere se putat q
sua alteri deregat q p̄ituro succurrer põt
⁊ nõ succurrit occidit.hec ille.Et Seneca l
li.de ꝓuerbijs di.bona p̄sidia cõparat mi
sericordia.ab alio expectes qđ alteri fece
ris hʒ in aduersis auxilia q in secundis co
modat hõ q i hoĩe calamitoso misericors
est meminit sui.Qui succurrer p̄ituro põt
⁊ nõ succurrit occidit.hec ille. Misericor
diam igit fratres ⁊ eliam indigenti im
tiamus vt a dño misericordia digni efficia

mur sempiterna in seculorū secula. Amen.
¶ Feria secunda post quartam dñicam in quadragessima de multiplici vtilitate et fructificatione elemosine. Sermo. 48.

Aufferte ista hinc. et nolite facere domum meā domū negociationis. Scribūt hec verba Jo. 2. et i eu. occurrētis ferie ut magis nre excitētur mētes carissimi ad pauperum subueniendū necessitatibus p grande premium promisit dñs noster misericordiam facientibus di. Mat. 5. beati misericordes. q. m. c. non solū in hoc seculo: sed etiam in futuro. vnde Ciprianus in epistola ad fres de ope et elemosinis ingt Que erit illa fres carissimi operantium gloria q̄ grandis et sūma leticia cū populum suū dñs cepit recensere et meritis atq; operibus nostris premia promissa contribuens pro terrenis celestia pro temporalibus sempiterna pro modicis magna p̄stare. hec ille. adeo dñs noster inueniēs in tēplo non elinā dantes nec pauperes recreantes: sed potius lucris temporalibus intēdentes p negociationem: cū fecisset quasi flagellum de funiculis oēs eiecit de tēplo di. prefata verba aufferte et c. Ad maiorem igit elemosine comendationē tres eiusdē. fructus duplicatos impresentiarū dicemus ¶ Primus quorū dr supplicatio cū illuminatione. ¶ Secundus dr liberatio cū conseruatione. ¶ Tertius multiplicatio cum sanatione et glorificatione.

¶ Pars prima huius sermonis i qua ponuntur duo fructus ex elemosina puenientes homini vz supplicatio orationis: et illuminatio mentis.

Primo dico q̄ ex elina orit duplex fructus. s. supplicatio et illuminatiō. ¶ Primo dico supplicatio. Nā ex elemosina duplex oratio surgit ex dante elemosinam. ¶ Prima ex ipsa elina. vnde ecc. 19. dr conclude elemosinam in sinu pauperis et hec pro te exorabit ab omni malo. Exēplum habet act. 10. de cornelio cui dixit angelus orationes tue et eline ascenderūt in memoriam in conspectu dñi. ¶ Secunda est ex accipiente qui cogit orare pro dāte. vñ lu. 16. dr facite vobis amicos de mamona iniquitatis vt cū defeceritis recipiant uos in eterna tabernacula: qd verbum quidam male intelligentes recipiunt aliena: et aliqd inde pauperibus largiunt putantes se facere qd p̄ceptum est. vbi notandū est q̄ diuitie possūt dici iniquitates. tripliciter. ¶ Prio s̄m Aug. in libro de q̄onibus euangelij. Oēs diuitie sunt iniquitates in eis. s. qui in illis spem cōstituunt. ¶ Scdo s̄m Ambr. iniquū mamona dixit: q: varijs diuitiarū illecebris nros tentauit affectus. ¶ Tertio dñtur oēs diuitie iniquitates. s. inequalitates: q: nō equaliter sūt distribute vno egente et alio supabundante. Non vult ergo dicer vt faciamus amicos d̄ rapinis et vsuris: sed de pprijs laboribus et diuitijs: que tū dicunt diuitie iniquitatis p̄dictis rōnibus. et ideo dāda ē elemosina pauperibus tanq̄ xpo pauperi vt illi pro nobis orent et misericordiā ↄsequamur. vñ dicit Hiero. ad furiā de viduitate seruāda dicit fac tibi amicos de iniquo mamona q̄ te recipiant in eterna tabernacula. illis tribue diuitias tuas qui nō fasides aueo: sz cibariū panē comedūt qui famē expellat non qui augeat luxuriā intellige sup egenū et pauperem oi petenti te da. sed maxie domesticis fidei nudū vesti esurientē ciba egrotantē visita. Quotienscunq; manū extendis xp̄m cogita caue ne mendicāte domino deo tuo alienas diuitias augeas. hec ille. Aperi ergo manum tuam ad clamorē paupez et deus exaudiet ad clamorē tuū. vnde Aug. in li. de elina dicit. Neq; misereri dei mīa poterit ei q misericors

ipse nō fuerit aut impetrabit de diuia pietate aliqd in precibus qui ad precem pauperis nō fuerit human⁹. ꝛ sup ps. 95. Idē dicit. Si vis hēre misericordiā esto misericors dimitte si quid in te comissum est da ex eo qđ habundas ꝛ de quo das nisi d bonis dei? si de tuo dares largitio esset cū vero de illius das reditio ē. quid eni habes q non accepisti: he sunt hostie deo gratissime misericordia humilitas. Confessio pax ꝛ caritas has apportem⁹ vt securi expectemus aduentum iudicis qui iudicabit orbē terraꝝ inequitate. h ille. Qui nō ergo exaudierit voces pauperum ipse et clamabit ꝛ dñs nō exaudiet eū vnde Augu. libro 50. omel. ome. 48. ait. Prandiū paras ꝛ tales ad prandiū tuū vocas q tibi vicē repēdāt omnes cōuiuiū neqđ desit ꝛ cū amicis tuis epularis ꝛ ante ianuā pauperē rogantē cōtemnis oblit⁹ es dictū pphe. di. Qui ingt auerterit aurē suā ab egeno. ꝛ ipse in vo. d. ꝛ nō exa. eū. Inclina aurē tuam audi egentis vocē ꝛ fame pereuntis. vt ꝛ dñs tuam audiat. Tribulatis da de quo tibi dederit deus. ipse te diuitē fecit. ideo redde illi qđ suū est. ipse se dicit accipere qđ pauperib⁹ datur sibi collatum proclamat qđ in corde pauperis fuerit seminatū sicut in euāgelio dicit Facite. u. a. de. m. inigtatis hec ille. Patet igit q q facit elemosinā ꝛ misicordiā consequet a dño misericordiā. vñ dicit Hiero. in epla ad Nepotia. Non memini me legisse mala morte mortuū q libenter opa pietatis exercuit hꝫ eni multos intercessores ꝛ ipossibile ē pces mltoꝝ nō exaudiri. h ille. qꝛ elemosina ex se ipetrat ꝛ supplicatio illi⁹ cui tribuitur idō quasi impossibile est q elemosinari⁹ ꝛ misicors nō exaudiatur a dño pꝫ h per plura exempla veteris ꝛ noui testamēti. In veteri pꝫ d Ruben q nitebat eripe Joseph d manu frūꝫ suoꝝ gen. 57. exēplū Sedechie q tandē misertus ē Hiere. ꝛ in fine cōuersus ē cui hīc re. 34. dictū ē Audi verbū dñi sedechia nō moriēris in gladio sed in pace morieris. Exēplū hētur Raab meretricis que iudei pienos nūcios remisit ad Josue. 6. c. Ibi. In nouo testamēto exēplū hētur d Matheo q prius fecit cōuiuiū xpo ꝛ discipulis ei⁹ Mat. 9. Et de zacheo qui postq̄ȝ est cōuersus dedit dimediū bonoꝝ suoꝝ pauperib⁹ ideo ei dñs dixit hodie huic domui salus a deo facta ē. Lu. 19. Et innumerabiles alij qui virtute elemosine multas grās impetrauerūt adeo. Et ideo pauperes elemosinam accipiētes nisi orent p dantibus grauiter puniūtur qđ pꝫ p exemplū qđ narrat Cesarius di. Qđ peregrin⁹ in quadā villa moriens sclauinā suā legauit sacerdoti quā sacerdos accipiens paꝝ de illius aīa curauit qui postmodū effect⁹ Monachus vidit in spū aīam peregrini illi⁹ affligi ꝛ demones cū dicta sclauina facē ꝛ collū sacerdotis percusserūt q excitatus exclamauit adiuuate me adiuuate me qꝛ morior Monachi āt inuenerūt caput ei⁹ totū exustum sicqꝫ semiuiuū ad infirmariā deportauerūt nullā enim cōfessionem de hac negligētia fecerat. Et sic pꝫ prim⁹ fruct⁹ elemosine in hac parte. ¶ Secūdus aūt fructus elemosine dr illumiatio. s. mētis ꝛ intellectus ad cognoscēda vitia ꝛ virtutes. de pria canti. 6. dr. Que ē ista que asce. quasi auroraꝛc. de scōa Job. xj. Meridian⁹ fulgor ꝯsurgit ibi de qbus ppha dicit. Declina a malo ꝛ fac bonū. vñ Isa. 58. dicitur. Cū effunderis esuriēti aīam tuam ꝛ aīam afflictam repleueris orietur quasi i tenebris lux tua ꝛ tenebre tue erūt sicut meridies. vñ Augu. in libro de verbis dñi prio ꝛ smone. 5. dicit. dispersit dedit. p. iu. ei⁹ ma. in. s. seculi vide quid minuat ꝛ qđ augeatur minuitur pecunia ꝛ auget iustitia. Illud diminuit qđ eras dimissurus. Illud diminuit qđ eras relicturus. Illud auget qđ i eternū es possessurus ꝯsiliū do lucroꝝ disce mercari laudas eū mercatorē q vendit plūbū ꝛ acqrit auꝝ ꝛ nō laudas mercatorē qui erogat pe

tutiā 7 acqrit iustitiā h ille. Et iō in libro de. x. cordis ait. Egere voluit in paupere xp̄s ꝑ te. vt hēres vn̄ seminares terrena queqꝫ ōdit vt meteres vitā eternā. Nolite pigri eē 7 male securi. mores emēdate pec cata redimite. 7 cū hec feceritis grās agi te a quo icepistis bene viuere. 7 sic ei grās agite vt nō insultetis hꝭs q bene viuūt. 7 hoc faciētes hēbitis perfectā quantū i no bis est in hac vita iustitiā. hec ille. Et sic pꝫ scd̄a fructificatio elemosine. Sufficiatqꝫ ꝑ parte pria hui⁹ sermonis principali.

¶ Pars secūda huius ꝑmonis in qua po nuntur duo alij fructus ex elemosina ꝓue nientes vꝫ. malorum liberatio 7 bonorum conseruatio.

PRimo dico reprobān. eē fugiēd. iqz hypocrisiz rōne induratiōis ad cu ius declarationé tres pclusiones ānotātur ¶ Pma est qd peccatū hyprocrisis non est leue peccatū ſz certe grauissimū. Qua ex re mouetur dubiū an grau⁹ sit aperte pec care an peccatū p hypocrisiz ocultare. ⁊ vr̄ leui⁹ peccare aperte. Nā glo. Isa. 16. ibi in trib⁹ ānis. ait In cōpatione duoꝝ maloꝝ leui⁹ est aperte peccare q̄z sanctitaté sīlare ergo ⁊c. Item glo. ad col. 4. ibi. Sicut dñs ait. Simulata eqtas nō est eqtas ſz dupli catū peccatū. ergo ⁊c. Itē sup illō tre. Ma ior ē iniqtas filie ppli mei. dicit glo. Scele ra sic planguntur que in hypocrisim labit̄ cuius maior ē iniqtas peccato sodomoꝝ. ergo ⁊c. Sed oppositū videt̄ qr qui peccat aperte: nō solum ipse peccat sed etiaz aliis peccandi occasioné prestat. ergo ⁊c. ⁊ ideo Isa. 3. Peccatū suū quasi sodoma pdicaue runt fit cōparatio pp euidentiā criminis cuz ergo euidétia criminis sit deterior pz ⁊c. Ad hoc respon. ſz Alexan. i scda pte sūme in tractatu d ypocrisi qd si cōparem⁹ pecca ta que fiunt in occlto ad ea que i māifesto ita se habét in grauitudine sicut excedétia ⁊ excessa. Nā ex vna parte q aperte peccat graui⁹ peccat q̄z qui occulte vt facit hypo crita eo qd nō tm̄ a seipso peccat ſz ét aliis prebet occasioné peccādi. Ex alia pte gra uius ē qd fit i occulto: vt sīlatio ⁊ hypocri sis duplici rōne. ¶ Pmo rōne occultatio nis qua pōt alios decipe ⁊ de facto fat̄ qd experientia docet. ¶ Scdo rōne difficilio ris sanationis sicut eni infirmitas occulta difficili⁹ sanat̄ eo qd ignorat̄ sic hoc pecca tū occultū. Et sic hn̄t intelligi auctoritates pmo adducte. nō tm̄ intelligen. ē simpliciter qd peccatū hypocrisis sit maius peccato so domoꝝ i genere peccati. ſz solū dr̄ rōne oc cultatiōis qua pt alios decipe. ⁊ sic pz ppo situz. ¶ Scda conclusio est qd difficile ē hy pocritas pcerti vt pz ex dictis cui⁹ rō est triplex. ¶ Pmo qr hypocrita vix veniam petit. vñ Job. 36. Nō clamabūt cum victi fuerint. Ubi glo. humāe laudis auiditate superati: scōs se miseri etiam cum in pecca tis moriunt̄ putant. h ibi. Nam dyabolus i talibus pquiescit iuxta illud Job. 40. sub vmbra dormit in secreto calami appellat vmbrā vitā hypocrite que aliqd vr̄ esse cū nihil sit ⁊ iō non facile de manib⁹ eius per penitentiā exit ille in quo dyabol⁹ dormit ¶ Scdo qr spūs. s. sine quo pcerti non pñt fugit eos iuxta illud Sapi. pmo. Spūs. s. di sciplīne effugiet fictū. i. hypocritā q cū ini micus sit dei se amicū mētitur. ¶ Tertio qr tales sua peccata defendūt. vñ Job. 8. di cit. Nunqd virescere pt scirpus sine humo re aut crescere carectū sine aqua. vbi glo. Scirpus ē vacu⁹ int⁹ ⁊ carectū ledit man⁹ qr hypocrita vacu⁹ non recipit correctioné

sed ad laceran. alioꝝ vitã prorũpit. Et si ali
qñ fit tñ raro. qḋ ait Grego. in hystoria fa
cta: qñ ante mortẽ theodeualdi regis fran
corum arbor sambuce sine vitis cõiunctio
ne vuas maturas ꝑtulit sic pergrande mi
raculũ est qñ hypocrita ꝯuertit. Et iõ hy
pocrite assimilãt lupis. Mat.7. Intrinse
cus aũt sunt lupi rapaces q nunq̃ʒ mansue
fiunt. Imo dicit Aristo. de naturis aĩaliũ
ꝙ lupi africani. sibilos pastoꝝ fingunt ⁊
oues decepte ad eos ꝯueniẽtes diripiunt.
Io.x. lupꝰ rapit ⁊ dispergit oues ⁊ de hoc
nõ dolet ꝫ gaudet sic hypocrita raro i ve
ritate de peccatis dolet. ⁊ sic pʒ hypocrisiʒ
s̃ime esse fugiendã ꝑpter durã cõuersio
nem ℭ Tertia ꝯclusio ex predicta originẽ
trahens ẽ ꝙ hypocrisis. hoĩeʒ stultũ facit
qḋ pʒ ex tribꝰ. ℭ Primo in hoc ꝙ quotidia
nis cruciatibus, emit quotidianũ cruciatũ
⁊ eternũ: ⁊ ꝑ momẽtaneo gaudio ãmittit
eternũ. iuxta illud Job.20.c. Gaudiũ hypo
crite adinstar puncti. ⁊ iõ lʒ hypocrita cor
poraliter viuat. tñ spũaliter mortuꝰ est. vñ
11.q.i.c. Nolo dr̃ sic. Qui ẽ hypocrita mor
tuꝰ est quisq̃s cũ hypocrita vixerit delebo
eũ de tabula clericoꝝ. ⁊ videat vtrũ hẽre
poss. i. felicitatis hereditatẽ. ℭ Secũdo ꝙ
hypocrite pascunt oculos hoium carne ⁊
sanguine ꝑprio vñ Mat.6. dr̃. Extermi
nant eni facies suas vt ap. ho. ieiu. Alijs
enim lucent ⁊ seipsos cõsumunt iõ candel
le sunt similes. cuiꝰ rõ est quia vbi regnat
hipocrisis. ibi nullo modo potest esse hu
militas que opera nr̃a grata deo reddit.
vnde de pe. di.i.c. Taciturnitas dr̃. Spẽs
enim supbie est se velle iustũ videri qui
peccator est atq̃ʒ hipocrita ꝯuincitur q ad
imitationẽ suoꝝ parentũ vel tergiuersatio
ne verboꝝ peccata sua leuigare contendit
vel sicut Caim peccatũ suũ reticendo peni
tus supprimere querit. vbi ãt superbia re
gnat vel hipocrisis humilitas locũ habe
re nõ valet. h ibi. ℭ Tertio hipocritarum
stulticia apparʒ in hoc quia preelligũt bo
ni videri q̃ʒ esse. vñ Seneca apud iniqṷe●
ingt non sunt vera bona ꝫ simulacra bono
rum. h ille. Et magis volunt boni videri i
cõspectu hoĩs momẽtanei q̃ʒ imortalis dei
a quo nunq̃ʒ erant separandi ab hominibꝰ
ãt bonis etiã modo sunt segregati spũalr.
vnde.24.q.3.c. de illis dr̃. Nec ille dicẽdus
est esse in ecclesia ⁊ ad sotietatẽ spũs per
tinere qui ouibus xp̄i ficto corde miscetur
h ibi. Ex qbus oĩbus pʒ tum ꝑpter graui
tateʒ peccati: tũ ꝑpter indurationẽ ⁊ diffi
cultatẽ conuertendi tum ꝑpter modũ stul
ticie dicẽdi ꝙ hipocrisis ẽ s̃ume fugienda
⁊ hec ꝑ p̄ria parte p̄ncipali sufficiant.

ℭ Pars s̃cda huius s̃monis in qua ꝓba
tur hipocrisim esse reprobandam propter
admonitionem scripture.

SEcundo dico hipocrisim esse repro
bandam ⁊ fugiẽdã rõne admonitõ
nis scripture multiplicis. s. scripture diuĩe
scripture sancte. scripture hum. ie. ℭ Pri
mo persuadet fugere hipocrisim admoni
tio scripture diuine. sic. Nõ indueris veste
lana linoq̃ʒ ꝯtexta ⁊ significat talis vestis
hipocrisim. Deu.22.
ℭ Innocẽs ꝯ hipocritã suscitabit Job.17.
ℭ Laus impiorum. breuis ẽ. ⁊ gaudium
hipocrite adinstar pũcti panis illius i vte
ro eiꝰ vertet in fel aspidũ Job.20.
ℭ Que ẽ spes hipocrite si auare rapiat ⁊
non liberet deꝰ aĩam suam Job.27.
ℭ Ne fueris hipocrita in ꝯspectu hoium
⁊ ne scandalizeris labijs tuis attende in il
lis ne forte cadas ⁊ adducas aĩme tue
inhonorationem ⁊ reuellet deus abscon
dita tua Eccle.pria.c.
ℭ Vestigiũ cordis boni ⁊ faciẽ bonã diffi
cile inuenies. ⁊ cũ labore. glosa q: multi ⁊
ficti iõ difficile iueniũt i quo cor ⁊ facies. i.
opatio ⁊ doctria i bono ꝯueniãt. Eccle.13.
ℭ Est qui se humiliat ⁊ interiora eius ple
na sunt dolo. s. hipocrita. Eccle.19.
ℭ Omnis hipocrita est neq̃ʒ ⁊ vniuersũ
os eius locutum ẽ stulticiam succensa est

quasi ignis impietas. ꝛ conuoluet̄ supbia fumi ꝛ erit quasi esca ignis. Isa.9.c.
¶ Possidet tremor hipocritas. Isa.33.c.
¶ Frustra multiplicasti medicamina. pp hipocrisim admixtā. ideo sequitur statim. sanitas non erit tibi. Iere.46.c.
¶ Impij in testamēto simulabūt fraudulenter .i. hipocrite fingunt se testamētum dei seruare. Dan.xj.
¶ Cū facis elemosinā noli añ te tuba canere sicut hipocrite faciunt ꝛc̄. Mat.5.c.
¶ Cū ieiunatis no.f.sic̄ hi.ꝛc̄. Mat.6.c.
¶ Hipocrita eijce primo trabē de oculo tuo ꝛc̄. Mat.7.
¶ Hipocrite nōne bn̄ pphetauit d̄ vobis Isaias di.pp̄ls hi l.m.h.c.āt.e.l.ꝛc̄. Ma.15.
¶ Cauete a scribis hipocritis q volūt in stoll'albis ambulare ꝛ salutari in foro ꝛc̄.
¶ Hi plixi⁹ iudicium accipiēt. Mat.12.
¶ Attēdite a fermēto phiseoꝝ ꝛc̄. Lu.12.
¶ Vos estis.s.hipocrite q iustificatis vos corā hoībus.de⁹ āt nouit corda vr̄a Lu.16.
¶ Ego claritatē ab hoībus nō quero sed cognoui vos q: dilectionē nō hētis in vobis.s.vos hipocrite dolosi. Io.5.c.
Ecce ergo quomodo diuina p ista septē instrumenta.s.moisem Iob.Salomonē Isa. Iere.dan.ꝛ tandē filiū suū admonet hipocrisim fugiendā. ¶ Secūdo hoc idē psuadet admonitio scripture sacre.s. sanctoꝝ q precipue septem sunt di.hipocrisim esse fugiendam ꝛ reprobari. ¶ Prim⁹ est apl's Paulus q.1.thi.4.dicit.In nouissimis diebus discedent quidam a fide.ꝛc̄.Concurrit cum eo. Iacobus prio.c. sue.canonice di. Emūdate.m.u.peccatores.ꝛ purificate corda vestra duplices aio. ¶ Secūdus ē.san. Petrus apl's 2.canōice sue.2.c.di. Fuerūt vero ꝛ pseudo pphete in populo sic̄ ꝛ i vobis erūt magistri mendaces qui introducent sectas perditiōis ꝛ eum qui emit eos dn̄z negant supducentes sibi celerē perditionem:ꝛ multi sequūtur eorum luxurias ꝛc̄. ¶ Tertius ē sanctus Iohānes apl's q 1.1.canonica sua.4.c.dicit charissimi nolite oi spūi credere s; probate spūs si ex deo sūt qm̄ multi pseudo pphete exierūt in mūdū ꝛ Apoc.3.c.dicit.Scio opa tua. s.o hipocrita:q: nomen hēs q vivas ꝛ mortuus es. ¶ Quartus ē sanctus Augu. qui i quodā smone ait ꝛ hētur.12.q.1.Cū ergo. Malū est cadere a pposito sed peius est simulare ppositū ꝛ post pauca si nō seruat foris sanctitatē dimidi⁹ cecidit si intus habuerit simulatiōnē totus cecidit.Et in li.de moribus monachoꝝ dicit.Quā multos hipocritas sub habitu monachoꝝ vsquaq; dispsit calidissim⁹ hostis. circūeuntes puincias oēs petūt oēs exigunt.aut sumpt⁹ lucrose egestatis. aut preciū simulate sanctitatis. h ille.
¶ Quintus ē scūs Hiero.q super Isaiam dicit.Si castum me simulo ꝛ aliud ē in cōscientia habeo gliā mercenarij sed supplicia peccatoris ꝛ in cōparatione duoꝝ malorum leuius est malū aperte peccare q̄; simulare ꝛ fingere scitatē hipocrita ē intus nero foris cato monstrū ē velut quedā bestia ppacta sm illō poeticū.Leo par prio draco media ipsa chimera. ¶ Sext⁹ ē scūs Ambro.nr̄ in quodā smōe dicit sic latitat plerūq; sub tristi amictu lasciuia ꝛ dformis horror vili veste obtexit̄ vt secreta petulātium tegātur.h ille. ¶ Septim⁹ ꝛ vltim⁹ ē san.Gregorius qui in libro.20.mora.dicit. Hipocrita vt sine fine cruciet̄ viuere sine fine cōpellitur vt cui⁹ vita hec mortua fuerit in culpa illic eius mors viuat in pena luet que fecit omnia nec tamen ɔsumetur q: cruciatur moritur ꝛ viuit deficit ꝛ subsistit finitur ꝛ sine fine ē. Ecce ergo septē voces scanctoꝝ que hipocrisim fugien. eē admonent. ¶ Tertio h idē persuadet admonitio scripture humāe.ꝛ hoc etiam faciunt septem voces humane. ¶ Prima est vox Tullij in prio de officijs di. Totius iniusticie nulla ē capitalior q̄; eorum qui cū maxime fallant id agunt vt boni viri videantur. Et ibidē in scdo dicit. Oia ficta celeri

ter tanq̄ flosculi decidūt, nec simulatum quicq̄ pōt esse diuturnū. ꝛ Ibidē i tertio libro inqt. oēs aliud agentes ꝛ aliud simulātes perfidi sunt improbi ꝛ malitiosi nullum igitur eoꝝ factū vtile esse pōt cuꝫ tot sit vitijs inquinatuꝫ. h ille. ¶ Secūda ē vox Senece q in libro de clemētia pͥmo dicit. Nemo pōt diu psonā ferre fictā cito in naturaꝫ suā recedūt qbus veritas non subest que aūt ex solida nascūtur tpe in melius proficiunt. h ille. Qd̄ ēt Tragedia. 4. dicit Qd̄ felix vita abditos sensus geris aisq̄ pulcram turbidis faciē induis, pudor impudentē celat audacē quies pietas vera falaces probāt simul. itq̄ molles dura. hec ille. ¶ Tertia est vox plinij in ep̄la ad caninium di. Magnitudo cū nihil ad ostentationē sed oia ad cōscientiā referat recti factinō ex populi sͥmone mercedē: sed ex facto petit. ¶ Quarta vox ē Quintiliani libro scd̄o d̄ oratoria institutiōe di. Est eniꝫ quedam virtutuꝫ vitiorūq̄ vicinia qua temerarius p forti effusus p copioso accipit h ille. ¶ Quinta ē Boetij libro pͥo de cōsolatiōe. Nos nisi ad populares aures inanesq̄ rumores recte facere nescimus ꝛ relicta consciētia virtutis presentiā de alienis sermūculis captamus. Quidā cuꝫ adoratus esset cōtumelijs quendā qui non ad vere virtutis vsum sed ad superbam gliā falsuꝫ sibi nomē phi induerat adiecit se sciturum si vere phs esset. vꝫ si illatas iniurias paciēter tolleraret tūc ille pacientiaꝫ parūper assūpsit accepraq̄ ꝯtumelia velut insultās. Jam tandē inqt phm me esse intelligis ait alter nimiū mēdaciter intellexeram si tacuisses. ¶ Sexta ē vox Sidonij in epistolari di. sic libro tertio de quodam. Est hic loquax nec dicax ridiculus nec letus arrogans nec cōstans curiosus nec perspicax ꝛc. ꝛ subinfert inter hec tamen ipse amarissimus quem non tam pascit panis bonus q̄ alienus auidus bibendi audio: detrahendi rapido pariter ore spirans sceuū spumās vinum loquens venenū. Ita viuēs paucis ē voluptati nullis amori oibus risui. ¶ Septima ꝛ vltima ē vox poetaꝝ q̄ꝫpluriom. Nam Oratius in poetria dicit. Nunq̄ te fallant animi sub vlpe latētes. ꝛ Juuenalis libro. 5. dicit. Fallit enim vitiū spē virtutis ꝛ vmbra. ꝛ pl9 dicit. Pelliculā veterem retines sub fronte politus. Astutaꝫ rapido suas sub pectore vulpem. ꝛ Prudentius dicit. Latitat lupus ore cruento lacteolam mētitus ouem sub vellere molli. Ecce ergo quot vocibus scripture admonemur fugere hipocrisim. satis pro hac parte secunda.

¶ Pars tertia huius sͥmonis in qua probatur hipocrisim esse reprobatam ꝛ fugiēdam ꝑpter inferni penam.

Tertio dico hipocrisim viciū sūme esse detestan. ꝛ fugien. Rōne penalis afflictiōis. Naꝫ hoc vitiū maxime grauiter punietur in inferno. s. pp grauitatem pp sͥuitutē. pp multiplicitatem. ¶ Primo dico pp grauitatē. Nam hoc vitiū est grauissimū non simpliciter ſꝫ rōne dn̄i ind̄ sequentis oēs eni hipocrite sūt ꝑditores ꝛ id̄ crimē lese maiestatis incurrūt. id̄ Boe. merito dixit. Nulla peior pestis q̄ꝫ familiaris inimicus. Nā Amon. filı9 dauid mētit9 ē infirmū se eē vt Thamar sororē deciperet. ꝛ inde ab Absalon occisus ē ꝛ Reg. 13. Quis. n. occidit Dariū regē persaꝝ. Quis Alexan. maximū. Quis iuliū domicianum ꝛ Caium imperatores nisi illi q credebantur amici. Quis tandem tradidit dn̄m Jesum christum nisi qui secum dulces capiebat cibos ꝛ ideo ipse xp̄s dicit. Si inimic9 meus maledixisset mihi sustinuissem ꝛc. ¶ Secūdo ꝑpter sͥuitutē. Nā hipocrisis facit hoiēꝫ martirē ꝛ sͥuū diaboli p laude tpali. Et ideo sunt hipocrite siles Simoni cirineo qui crucem baiulauit domini non q cum per h in paradisum introduceret ſꝫ alios de quibus Ber. dicit Ue portātib9 crucem non sicut saluator suam: sed sicut il

le Symon cirineus alienaz. Et infra ve ite rum superbis pauperibus crucem christi portantibus: et xpm non sequentibus q ni mirum cuz passionibus participant humi litatem sequi negligunt duplici contritiõe conterrunt qui huiusmodi sunt: q2 pro tpa li gloria temporaliter se affligũt et, in futu ro pro niterna supbia ad eterna supplicia protrahunt laborant cum xpo sed non re gnant cuz eo. hec ille. ¶ Tertio pp multi plicitatem. s. vitiorum in hipocrisi concur rentium, vnde sup illud ps. 49. Nunquid manducabo carnes taurorũ aut. s. i. p. dicit Alex. de al. q per hyrcos signantur hypo crite id dicit nunquid mãducabo. i. nunqd delectabor in maceratione hypocritarum q. d. non. cuius rõ est quia in hypocritis. septem vitia reperiunt: que per hircos de signant. ¶ Primuz est detractio quia hyr corũ est rodere frondes ita hypocritarum detractiones, vñ Job. 30. dr. Qui rodebãt in solitudine et mandebãt herbas et arborz cortices et radix iuniperorũ erat cibus eo rum. ¶ Secundũ vitium est iudiciũ teme rarium: q2 hirci acute vident. ita isti aliorz facta diligenter inuestigãt et iudicant iux ta illud Ec. 14. Mala aliorũ videt malus. ¶ Tertiũ est ambitio q2 hircus libenter ascendit sic hypocrite ad montẽ dignitatis iuxta illud Jere. 49. habitas i cauernis pe tre et apprehendes in terris altitudinẽ col lis. ¶ Quartũ est libido quia hyrcus ẽ li bidinosus sic hypocrita, vnde zacha. 10. ait dñs sup hyrcos visitabo. ¶ Quintum est multiloquiũ: q2 hircus rũinat sic hypocri ta semp verba multiplicat. vnde puer. 14. dr in multiloquio non deerit peccatum. ¶ Sextũ est defectus caritatis q2 hircus non hz dentes in superiori mandibula sic hypocrita nõ hz verba caritatis: sed timo ris: q2 timet vbi non ẽ timor et non hz hipo crita dulcedinẽ consolationis sicut hyrcus caret lacte qd pphatum est. Osee. 9. vbi dr da eis domine vbera arentia supple sine lacte consolationis. &c. ¶ Septimũ est ob stinatio quia caro hirci dura est. ita mens hipocritarz obstinata ẽ iuxta illd Jere. 30. dura facta sunt peccata tua. Et ideo sicut hircus emittebatur in desertum deferens scripta populi peccata leui. 16. Sic hipocri te sup peccata sua obdurati et pcã aliorum lenientes et attenuantes et sup se assumen tes mittunt in desertũ infernũ. que omnia supradicta confirmat sanctus Seuerinus i quodaz sermone di. Hipocrisis subtile ma lum secretũ virus venenum latens virtu tum fucus tinea sanctitatis. hipocrisis se cura simulans fallit, psperã curiosa mentit et crudeli arte virtutes trũcat mucrone v tutum. Jeiunio ieiuniuz perimit. oratione orationẽ vacuat misericordiã miseratione psternit et infra fres fugiendũ virus pesti lentis cauẽda que remediis creat morbos cõficit de medicina langorẽ sanctitatẽ ver tit in crimẽ placationẽ facit reatũ generat de ppitiatione discrimen hipocrisim q fu gerit vincit: qui incurrit nõ euadet. sit nãz simplicitatis ieiuniũ de puritate purũ ho minibus ocultũ diabolo ignotũ donatum thesaurz q non abscondit pdit virtutes p dite non manebũt. hec ille. Et id non imeri to graui pena hipocrisis punit. exemplũ ponit Grego. in. 4. dia. de quodam here mita q sanctus reputabat morti ãt appro pinquãs cõcurrit populus ad eũ credens aliqd signũ videre ille ãt miser coactus ẽ exprimere suã hipocrisiz di. ego oia agebã vt sanctus crederer et ecce nũc draconi tra ditus suz. Et sic aia illa infelix ad infernũ est rapta. Et id ipsos hipocrite peribit. nec audiet deus clamorẽ eius cũ venerit angu stia Job. 27. imo potius i morte separabit eũ a se exponet cũ diabolo sicut seruũ ma lũ de quo Mat. 24. c. diuidet eum ptemqz eius ponet cũ hipocritis et id mittet eum in tenebras exteriores. u. e. fl. et str. d. a qui bus nos liberet deus p suã infinitã misericor diam in secula seculorum. Amen.

vil 7 aob ... vota in ... 73 ... 7 ...

¶ Feria.6.post dñicam de passione de reprobatiõe ire per legem nature scripture et gratie. Sermo.60.

Ab illo aũt die cogitauerunt eum interficere. Scribuntur hec verba Jo.xj.et in euãgelio oc. ferie. Caritati directe cõtrariũ ẽ odiũ charissimi in xp̃o fratres dei s. et p̃ximi odiũ dei ꝯ̃riatur caritati ipsius odiũ vero p̃ximi cõtrariatur caritati eiusdem qd̃ quidem ex inuidia p̃cedere dignoscitur sed q2 de ipso in tractatu de peccatis abunde diximus hic silentio ẽ inuoluen. et de peccato ire caritati p̃ximi contrarie aliqua perstringere decreui a quo vitio per pauci iueniũtur imunes et precipue mulieres nec tñ quis p̃pter hoc se excusare põt vñ eccle.10.dr̃. Non est creata hominibus superbia nec ira nationi mulieꝝ.q.d.ꝫ viri magis p̃ni sint ad superbiã et mulieres ad irã tñ nullus excusatur q2 nemo peccat vt dicit Augu.in eo qd̃ vitare non põt sed nemo ẽ creatus cũ aliquo vitio ideo sunt inexcusabiles. Ex hoc eni vitio multa mala prouenitunt vbi eni est Ira nulla ibi potest esse iustitie rectitudo nulla clemẽtia nulla prudentia nulla virtus ꝫ ibi ẽ oĩs iniqtas et omne malũ adeo vt aliqñ ex ira et se et filios p̃prios iracõdi occidãt. Juxta illud Eccle.30.ꝫelus et iracõdia minuũt dies. vñ sc̃di Re.17.legit̃ q̄ Achitophel suspẽdit se ipsum ex indignatiõe quã habuit q2 Absalon noluit seq̄ consiliũ suũ.sed cõsiliũ chusi qua'ex re iudei pfidi scribe et pharisei ira et furore repleti cõtra dñm Jesum cõciliũ cõgregauerũt vt eum morti traderent.p̃pter qd̃ et dicũt verba p̃posita ab illo die.s. cõcilij cog.e.interfi. Omissis igitur que diximus in tractatu de peccatis d̃ hoc vitio solum in presentiaꝝ eius reprobationẽ aperiemus quã q̄dem reprobatã esse triplici lege videbim9 vꝫ. ¶ Primo lege nature. ¶ Scd̃o lege scriptur̃. ¶ Tertio lege grẽ ¶ Pars p̃ria huius smonis in qua p̃bat̃ iram esse reprobatam p̃ rationes auctoritates et exempla legis nature.

Primo igitur dico iraꝫ eẽ reprobatam i lege nature.qd̃ p̃batur tripliciter.s. Rõne. Auctoritate et. Exẽplaritate. ¶ Prĩo p̃batur triplici rõne.s. Rõne offensionis. Rõne oppositiõis. et Rõne ꝯmissionis. ¶ Prio ergo p̃batur rõne offensionis p̃ximi sic. Illud reprobatur in lege nature qd̃ separat a caritate et fraterna ꝯuersatione ꝫ ira ẽ huiusmodi ergo etc̃. Nã ira tria mala operatur. ¶ Prio est amicitiaꝝ dissipatrix q2 quasi impossibile ẽ cũ homie iracõdo amicitiã conseruare.hinc puer.22. dr̃. Noli eẽ amicus hoi iracõdo. Quilibet n.cauet sibi hẽre cõuersationẽ cum hoibus iracõdis ne cõtumelietur ab eis seu cõtendere habeat.vñ etiã Grego.i.5.mora.dicit per iraꝫ grã vite sotial'amittitur sicut scriptum est. Noli esse a sidu9 cum hoie iracõdo ne discas semitas ei9 et sũmas scandalũ aie tue quia q̄ se ex humana rõne nõ temperat necesse ẽ.vt bestialr̃ sol9 viuat. Jmo vt dicit Seneca Jracõdus dũ desinit circa aliũ irasci ipsi irascitur sibiipsi. nec quiete solus põt habitare.vñ in vitis p̃ruꝫ d̃ quodam iracõdo hẽtur q̄ cũ nõ posset cũ alijs persistere:locũ solitariũ petijt quodã autẽ die cũ hauriret aquã casu vas ẽ euersum iteꝝ illud impleuit et sic ẽt est euersum ille at̃,ira plenus vas fregit et sic tandẽ cognouit seipsuꝫ esse sue irẽ cãꝫ. ¶ Scd̃o ira operatur rixaꝝ p̃uocationẽ. vnde p̃uer.30.c. vir iracondus prouocat rixas q̄ aũt paciẽs est mittigat suscitatas. vñ Grego.libro.5. mora.ait. Aliqñ iracundus ip̃se man9 non exerit.ꝫ in maledictiõis iaculũ linguã vertit. Fratris nãq3 interitũ p̃ecib9 exposcit et hoc deũ perpetrar̃ expetit.h ille. ¶ Tertio operatur indignatiõis deductionẽ vñ prouer.27.c.dr̃. Graue ẽ saxum et onerosa ẽ

arena s; ira stulti vtroq; ē grauior. ⁊ ideo libenter demones cōuersantur cū talibus iracōdis. vñ ad ephe. 4. Sol nō occidat super iracondiā vr̄am nolite locū dare dyabolo. q.d. per iram dyabolus hītat in vobis. Imo iracōdi peiores sunt dyabolo. nā dyabolus nō est ausus tangere xp̄z s; dixit ei vt mitteret se deorsum de pinaculo. pharisei āt ira pleni ꝑpter veritatē eius dictā duxerūt eum vsq; ad superciliū montis vt eum precipitarent vt hētur Lu. 10. ⁊ sic p; prima rō. ¶ Scđo ꝓbatur irā reprobatā lege nature rōne oppositiōis sic. Illud est ꝯ legem nature q̄ cōtrariat virtuti naturali s; ira est huiusmodi ergo ⁊c̄. Scđz eni Alexan. in scđa parte in tractatu de ira ēt b̄m Tho. 6a 6e. q. 14. ar. 1. in solutione tertij argu. Ira opponit trib⁹ virtutib⁹. ¶ Primo opponitur affabilitati cui⁹ rō est quia affabilis elligit cōtristari vbi o; ⁊ delectari vbi o; vt dicit ph̄s in. 4. ethi. Iracōdus aūt irascit quibus nō oportet. ⁊ qñ non o; ⁊ in qbus non o; ⁊ magis q̄z oportet affabilis autem q est virtuosus amicus qñq; propter aliqđ bonū consequendū vel malum aliqđ excluden. non refugit cōtristari qbus conuenit vt patet per ph̄m. vñ Ap̄ls scđe cor. 7. Si contristaui vos in ep̄la non me penitet. ⁊ subdit. gaudeo āt quia cōtristati estis sed q: contristati estis ad penitentiā. ⁊ ideo pronis ad peccan. non debemus hyllarem vl̄tum ostēdere ne eoꝝ peccato videamur cōsentire. ¶ Scđo opponitur. Mansuetudini q̄ ēt Tho. cōfirmat in scripto sup. 4. ethi. Cuius ratio ē quia mā suetudo est refrenatiua ire dicit eni quis mansuetus ex eo q̄ nō irascitur quasi manu assuetus more bestiaꝝ. ⁊ dicit Alexā. q̄ mansuetudo opponit ire quantū ad vituz motus vt. s. mot⁹ nō insurgat. vñ Grego. super illud Iob. 5. Paruulū occidit inuidia dicit. Mā suetudo imaginē dei i nob̄ seruat q sp tranquillus ē s; ira dissipat Mat. 5. btī mittes ⁊c̄. vbi glo. dicit. Mittis ē quē nō rancor vel ira afficit s; oīa equanimiter sustinet. Que oīa grego. i. 5. Mora. cōfirmat di. per irā māsuetudo ⁊ lux veritatis amittit q: cū m̄ti iracūdia ꝯfusionis tenebras incutit tūc de⁹ radiū sue cognitiōis abscōdit. h ille. ¶ Tertio opponit pacie que est refrenatiua interioris passiōis. s. tristitie. Nā pacientes sūt q malit mala ñ ꝯmittēdo ferre q̄z nō ferēdo cōitere. dic̄ eni Hiero. q̄ Irasci hoīs ē s; finē iponere ire est xp̄iani q o; hēre pacientiā ⁊ sic p; scđa rō. ¶ Tertio irā esse reprobat. ⁊ probat lege nature rōne comissionis sic. Illđ ē ꝯ legē nature qđ fit in iniuriā ipsi⁹ dei s; ira ē huiusmodi ergo ⁊c̄. tripliciter eni ira quodā spēali mō offēdit de⁹. ¶ Primo imaginis destructione. vñ Augu. sup illđ ps. Imaginē ipsoꝝ ad nihilū rediges. merito inqt imaginē ipsoꝝ ad nihilū redigis de⁹ i celesti ciuitate q: s. irati in sua terrestri ciuitate imaginē tuā ad nihilū redigerūt. qđ quantū malū sit hac cōparatione deprehēdit si qs. s. imaginē xp̄i destrueret ⁊ illā dyaboli poneret. ¶ Scđo modo offenditur de⁹ ira hospitij conturbatione. Nā cum corpora nr̄a templū sint spūs sci: p̄ie cor. 6. Ira violat hic ad ephe. 4. dr̄. Nolite contristari spūm sanctū vbi Grego. ait. Ira aīum pulsat scō spiritui habitationē suā turbat. ymo qñq; p̄rem ⁊ filium ⁊ s. s. de hospitio suo expellit ⁊ dyabolū introducit q: sicut in pace factus ē locus eius sic ex ira fit loc⁹ dyaboli. ¶ Tertio modo offendit de⁹ volūtatis cōtradictiōe Cum eīs voluntas dei sit vt habeam⁹ pacem ira facit vt semp procedatur ad litē vñ prouer. 26. dicitur. Iracūdia incendit litem vñ Augu. in libro de cōflictu vitioꝝ dicit. Quā multi āt sunt qui suas iniurias tarde relaxant dei vero citius indulgent, sitq; nonnunq̄z vt occasione dñi iniurias vindicādi suas vindicent irati quid quoq; de illis dicendū est q furore cecitatis vsq; ad verba prorūpūt maledictionis n̄i hoc qđ apostol⁹ ait, Neq; maledici regnū dei

possidebūt qd̄ iacobus exagerando dete stans ait. Linguā maledicā nullus homi num domare pōt inquietum malū plena veneno mortifero: in ipsa benedicim⁹ deū patrem ⁊ in ipsa maledicimus homines q ad similitudinē dei facti sunt: ex ipo ore ꝓ cedit maledictio ⁊ benedictio nō oportet fratres charissimi hec ita fieri nunquid fons de vno eodemqꝫ foramine emanat dulcem ⁊ amaram habēs aquam? quasi di cat non ⁊ sic patet irā lege nature rōne eui denti esse reprobatā. ¶ Secundo idē pro batur in lege nature auctoritate .s. phoꝝ poetaꝝ ⁊ legum humanaꝝ. ¶ Prio aucto ritate phoꝝ. Naꝫ dicit Aristo. 4. ethi. Ira scḋm medium habitū: secundū quem qui bus oportet irascimur ⁊ in quibus ⁊ vt oꝫ laudabile ē. superabūdantie: ⁊ defectus vi tuperabile. Et iteꝝ idem ait. Iracōdi non sunt sed amari qui difficile solubiles sed multo tēpore irascuntur. Et iterū illud in quit. Ira consequitur rationeꝫ aliqualiter Concupiscētia āt non. Ideo est turpior. er go irasci saltem turpe. ergo ⁊c̄. Tullius li bro pmo de officijs dicit. cauēda est ira in puniendo maxime: nūquid enim iratus q ad puniendū accedit mediocritatē illaꝫ te nebit que ē inter nimiū ⁊ paꝝ: qui ergo rei. p. p̄sunt legūꝫ similes sint que ad pu niendū non iracondia sed equitate ducunť h ille. Ira eni siue iracondus est similis ca ni rabido qui quos mordet rabidos secuꝫ facit vñ ⁊ idē Tul. in. 4. de tusculanis. q. di cit. Ira est libido puniēdi ei⁹ qui lesisse vi detur iniuriā. h ille. Qui ēt in orōne pro Marcello ait. Iracondia quoqꝫ consilio inimica ē ⁊ victoria insolens ac supba est. Et in prologo rethorice addit. Nā ab ira tis si perspicue pax ⁊ beniuolentia appeti tur non mō non inuenitur. sed auget odiū atqꝫ inflamatur ⁊c̄. Seneca in ꝓuerbijs di cit. Grauissima ē probo homini iracondia nam homo extra corpus suum est cum ira scitur. iracondiam autem qui vincit hostē supat maximū irat⁹ ēt facin⁹ ꝯsilium putat leso remediū ē inici dolor. Nunqꝫ secl⁹ sce lere vindicañ. ē ira crudelitatis mr̄ ē. inge nia recta debilitat. iracōdia praua ꝯfirmat audaciā. si qs irascit̄ ⁊ ab alio penas expe tit a se exigit. Itaqꝫ ab alio sp̄ icipiat discē sio a te recōciliatio. ⁊c̄ Pitagoras ait. ignē gladio ne foueas. i. iratū ⁊ tumidū animū. verbis maledicis ne lacessas. Et iteꝝ idē ait. Quo min⁹ ꝯsseris irā eo magis ab ira pre meris. ⁊ iteꝝ. Tūc icipim⁹ nob irasci cū alijs irasci desinimus. Finis eni ire. initiū ē peni tētie. hec ille. Plato iterrogat⁹ per qd co gnoscit̄ sapiens respon. Sapiēs cū vitupat̄ ñ irascit̄ ⁊ ñ extollit̄ cū laudat̄. Itē cū inter rogaret̄ qs esset inter hoies fortior dixit. Qui ꝓpriā pt̄ iracondiā vincere. Et vt ēt d̄ eo narrat Valeri⁹ libro. 4. cū aliqñ ꝯ sui delictū exarsisset volēs eum percutere ste tit ⁊ ab alio eū percuti fecit. qr vidit se ira sci. Nolo aūt vt iste suus sit in eius po testate: qui in sua non est. h ille. Epicurus breuiter inquit. Ira imoderata insaniaꝫ gi gnit. hec ille. Chilon phs dixit. Non esse ex ira mirādū cuiqꝫ qr hoc muliebre erat. Itē idem ipe docebat a re dn̄ari. Socrates ex iracōdia infelicitas gemiat̄. Itē vt ait Seneca in li. d̄ ira. Socrates suū hēbat di scolū q cū aliqñ eū offēdisset dicebat. Cede rē te nisi mihi eēm irat⁹. correctionē enim sui in t̄ps sanius distulit nec fuit ausus se ire ꝯmittere. Et iō dicebat. Irat⁹ filio te ip se cohrerce. Plutarc⁹ phs vt d̄r i li. d̄ nugis phoꝝ suū hēbat ꝯtumacē quē cū vberaret p aliū ille sibi irā ip̄ropabat. respon. āt ipse. Nūqd qr vapulas tibi irasci videor. ē ne ira mea si a me debitū recipis. ex vultu ne meo an ex voce an ex colore an saltem ex verbis ira ne me corruptū itelligis an corre ctū mihi qdē nec oculi vt opinor truces sūt nec os turbidū neqꝫ immaniter clamo neqꝫ in spumā ruboremqꝫ feruesco neqꝫ pudeu da dico aut penitenda neqꝫ omnino tre pido ira aut gestio. hec omnia quippe

nescis irarum signa eẽ solere? & simul ad eum qui cedebat cõuersus interim inqt dũ ego & hic disputamus in hoc age & sine iracondia mea retũde seruilem ꝯtumaciam & iniquum penitere doceas q̃ȝ iurgare. hec ille.

¶ Secũdo ꝓbatur auctoritate poetarum. Naȝ Uirgilius secũdo eney. dicit. Furor iraq̃ȝ menteȝ precipitãt. Ouidi⁹ quoq̃ȝ in tertio de arte amandi sic inquit.

Candida pax hoies trux decet ira feras.
Ora tument ira nigrescunt sanguine vene
Quelibet extinctos iniuria suscitat ignes
Et in libro eplarum ostẽdit q̃ ira dȝ subici rõni & non dominari. di.
Ira furor breuis ẽ aium rege q̃ nisi paret.
Impat hũc frenis mille cõpesce cathenis.
Gualterius insuper in Alexan. libro .5. ait.
Comes indiuisa furores
Precipites capit. ira grad⁹ & felle tor q̃t
Luia ꝯtẽnitq̃ȝ hũiles rõnis hẽnas. hec ille

¶ Tertio hoc idẽ probatur auctoritate legum humanarum in qbus ostẽditur irã esse reprobatã ꝑpter tria. ¶ Primo q: ira inducit delictũ. vt pȝ. C. de adulterijs. l. Gracus licet lex illa excuset gracũ qui ex ira occidit quendã cum sua vxore deprehensuȝ tñ est reus homicidij i foro cõscientie. ¶ Secundo q: ira comotiõis tpe iustũ omne putat qd facit & in hoc errat. Ideo non dȝ sententia precipitari dũ est in ira. vt pȝ. C. de penis. l. vindicet. vbi hẽtur q̃ executio sententie dȝ differri quãdo princeps ex iracondia seueri⁹ tullit eam. Jdõ snia lata ꝯ mulierem pregnantẽ differt vsq̃ȝ post ꝑtũ. ff. de penis. l. pregnantes. Silr̃ snia lata ꝯtra seruũ differt quousq̃ȝ dño suo rõcinia reddiderit. C. de bonis psbyterorum. l. 2. ¶ Tertio q: ira auffert inocẽtis condẽnati defensionẽ cum subito condẽnatur vt patuit de Pillato q iurauit fieri petitionẽ iudeoruȝ ex cõcitata ira in xp̃m cum tñ differri debeat condẽnatio cũ qs est confessus de crimine donec appareat si postmodũ in cõfessione perseueret vt. C. d custodia reorum. l. 3.

¶ Tertio principalr̃ probatur irã esse reprobatã in lege nature exẽplaritate. & hoc triplici exẽplo. ¶ Primũ ẽ Archite tarẽtini de quo Ualeri⁹ li. 4. vbi dicit q̃ dũ se Pitagore preceptis methaponti ciuitate apulie tradidisset magno labore longoq̃ȝ tpe solidũ opus doctrine cõplexus. postq̃ȝ in patriam reuersus ac rura sua reuiseret negligẽtia vilisci inspecta in illũ intuens dixit sumpsissem a te suppliciũ nisi tibi iratus essem. Maluit enĩ impunitũ relinquere q̃ȝ ꝑpter irã iusto graui⁹ punire. ¶ Secundũ exemplũ est de platone de quo idẽ Ualeri⁹ dicit. q̃ plato audierat Senocratẽ suũ discipulũ multa de se impie esse locutũ q sine vlla dubitatiõe criminationẽ respuit instabat erecto vultu iudex accusator cãȝ querens cur sibi fides nõ hẽretur. adiecit plato nõ esse credibile vt quẽ tantopere amaret ab inuicem nõ diligeretur. Nã moderatio mẽtes nr̃as impotẽtie & temeritatis incursu trãsuersas ferri nõ patit. Quo euenit vt reprehensionis morsu sit vacua & laudis questu sit opulentissima. ¶ Tertium exemplũ est de Theodosio imperatore de quo idẽ Ualerius dicit q̃ dum ira sceretur iussa nimis seuera precipitabat. Phūs ãt admonuit eũ vt dum se iratũ sentiret anteq̃ȝ sententiam ferret quater litteras alphabeti intra seipsum diceret vt interim refrigerat⁹ quid eẽt facien. maturi⁹ videret. Qui precepit ministris vt nihil ponderis qd sero precepisset faceret nisi mane cõfirmaret & ecõuerso. Timebat eniȝ ne per iram aliquid iniustũ mandaret. Et sic patet lege nature quomodo ira reprobatur rõne auctoritate & exẽplo.

¶ Pars secũda huius smonis in qua ꝓbatur irã esse reprobatã lege scripture per varias auctoritates.

SEcũdo ostẽditur per legẽ scripture natur̃ irã esse reprobatã. & h triplici doctrina seu auctoritate. s. Mosaica. Hystorica & ꝓphetica. ¶ Primo auctoritate

Mosaica sic.
¶ Joseph dixit fratribus suis proficiscentibus ne irascamini in via. Gen.xlv.c.
¶ Quiescat ira tua et esto placabilis.s.circa proximum Exo.32.
¶ Phinees auertit iram meã a filijs israel quia zelo meo cõmotus ẽ vt non ipse delerem filios israel in zelo meo. Numeri.25.
Debemus.ergo irasci zelo et nõ vindicta.
¶ Secundo idẽ pbat auctoritate historica Audiens saul post victoriã laudari dauid iratus ẽ nimis et sibi displicuit sermo.i.re.18. et ido qz valde peccauit male ei successit.
¶ Assa iratus est contra ananiam pphetã quia eũ reprendebat ii paral.26.c.
¶ Iratus ẽ Naaman contra mardocheũ et iudeos: quia non deferebant ei honorem Hester.3.
¶ Irati sunt magistratus holofernis contra achior quia extollebat deum hebreorum Judith.5.
¶ Gentes irate sunt: quia israel impedire non valebant videntes eum hedificare primi Mach.5.
¶ Tortores eleazari audientes verba cõstantie eius in irã conuersi sũt eũ.ii Mac.6
¶ Tertio idem probatur auctoritate pphica sic discurrendo. Non ergo ira tua superet te nec aliquem opprimes nec multitudo donorum inclinet te Job.36.
¶ Spiritum ad irascendũ facilez quis poterit sustinere prouer.18.
¶ Sicut carbones ad prunas et ligna ad ignem sic homo iracundus suscitat rixas prouer.26.
¶ Ira non habet misericordiam nec erũpens furor prouer.37.
¶ Ne sis velox ad irascẽdũ: qz ira in sinu stulti requiescit Eccl.8.c.
¶ Semper presumit seeua perturbata cõscientia sapiẽ.17.
¶ Ira et furor execrabilia sunt et vir peccator continens erit illorum Eccl.27.
¶ Secundum ligna silue sic ignis exardescit et secundum virtutem hominis sic iracundia illius erit et sm superbiam sua exaltauit iram suam. Eccl.28. Et sic pz lege scripture iram esse reprobatam et pars secunda huius sermonis.
¶ Pars tertia huius sermonis in qua pbatur iram esse reprobatam per alias auctoritates legis gratie.

Tertio probat iram reprobatam eẽ lege gratie triplici auctoritate .s. euangelica aposto. et autentica. ¶ Primo probat auctoritate euangelica.
¶ Circonspiciens eos Jesus cũ ira cõtristatus sup cecitatẽ cordis eorũ Mar.3.c.
¶ Repleti oẽs in sinagoga ira Lu.4.c.
¶ Jesus firmauit faciem suam vt iret in yerusalẽ et misit nuncios ante conspectum suũ et euntes intrauerunt ciuitatẽ samaritanorũ vt pararent illi et non receperũt eũ cum aũt vidissent discipuli eius.
¶ Jacobus et Joãnes dixerunt dñe uis dicimus vt descendat ignis de celo et consumat illos et cõuersus increpauit illos et c. cõmoti.n. spũ iracundie Lu.9.c.
¶ Omnis qui irascitur fri suo reus erit iudicio et c. Mat.5.
Et sic pz auctoritate euangelica iram esse reprobatam.
¶ Secundo idem probat auctoritate apostolica. Date locum ire Ro.12.
¶ Omnis amaritudo et ira. et indignatio et clamor et blasfemia tollatur a vobis et c. ad ephe.4.
¶ Sit autez omnis homo velox ad audiẽdum tardus aũt ad loquendũ et tardus ad iram ira enim viri iusticiam dei non operatur Jacobi primo.
¶ Hec ẽ.n. grã si ppter consciam dei sustinet qs tristiciã patiẽs iuste. prie Pe.2.c.
¶ Patres nolite ad iracundiam prouocare filios. ad eph.5.
¶ Opera carnis ire rixe Ad Gal.v.
¶ Leuãtes puras manus sine ira et discordia et c. iterum paulus prime Thi.2.c.

¶ Tertio probatur auctoritate autentica vz sanctorũ doctorum. ¶ Primus ẽ beat⁹ Grego. qui vt habet. xi.q.3.c. Sũmopere inquit. Sũmopere pcauendum ẽ vt recto res ecclesie: qui publica iudicia exercent in dictãdis sententijs nullatenus leuitate aut furore ducti sint precipites sed causis pri⁹ diligẽter ventillatis cũ res que prius ignorabat pleniter ad noticiã venerit tũc diuina et humana lex reuoluat: et fm q ibi cõstitutũ est personaz acceptatiõe remota diffinitiua sñia proferat. hec ille. idez in.5. mor. inquit. Quãta sit iracundie culpa pẽsare possumus p quam paciẽtia pditur vt quid quo ve ordine sit agendũ oino nesciatur qz nimirum intelligẽtie lucem subtrahit cũ mentem pmouendo confundit. hec ille. Ambr. de sancto Joseph dicit vt habetur. xi.q.3.c. ira etiam sepe inocentes in crimine adducit: qz dum iusto amplius irascimur et volumus aliena pcã cohercere grauiora comittimus. ideo dicit apo. non vos vindicantes carissimi: sed date locum ire. hec ille. Item in li. de Jacob et vita beata dicit. Est ire passio grauissima culpa pscientie: quam ratio emollit et comprimit: emolliri enim potest erradicari non potest: qz animus qui ẽ rõnis capax non ẽ suarũ passionum dños: sed reprehensor. Neqz enim fieri põt vt facilis ad iracundiã non irascat: sed vt ratio se temperet indignationez cohibeat a puniendo se reuocet. sicut et propha nos docet. di. Irascimini et n.p. pcessit quod nature ẽ negauit quod culpe est. hec ille. ¶ Diuus Hiero. et ipse sup Joel propham dicit. Est ira que iusticiam dei non operat et furori proxima mentis sue impotẽ facit in tm vt labia tremant dentes cõcrepent vultus pallore mutet recteqz illõ laudatur archite tarentini: qui cuz villico suo iratus esset. iam inquit te occiderez nisi iratus essem. hec ille. Et in epla ad Demetriadez dicit. Quid iracũdo furor suus confert: quem secuissimis exagitatum. sti mulis conscie. Ira ab omni consilio et mẽte deturbat vt duz irascitur insanire credatur. hec ille. ¶ Aug. deniqz ad Dioscorum dicit. Nulli irascenti ira sua vr iniusta esse ira enim inueterascens fit odium. duz qua si multi doloris admixta dulcedo diutius eam in vase detinet donec arcescat vasqz corrũpat. et iterum dicit. Sicut acetuz corrumpit vas si diutius ibi fuerit. sic ira corrumpit cor si in aliũ diem durauerit. hec ille. Deponamus igit q̃zprimũ iram et indignationem vt diuine gre vasa mũda effecti gloriam sortiamur perpetuam in secula seculorum. Amen.

¶ Sabbato post dñicam de passione de q̃ditate pacis et concordie. Sermo. 61.

Videtis. qz nihil proficimus ecce mundus totus post euz abijt Scribuntur hec verba Jo. 11. et in euãgelio hodierno. s. occurrentis ferie. Inter cetera precipua dñi Jesu xpi pcepta carissimi fres pceptũ fuit pacis et concordie ac dilectionis. Naz cum ex hoc mundo esset trãsiturus ad patrem vltimo in sermone hoc preceptũ presertim disipul' comẽdauit di. Jo. 14. pacem meam do vobis. p.m. relinquo vobis. et iterum post resurrectionẽ suã apparens eis sp dicebat pax vobis Jo. 20. luc. 24. Et iterum in cena di. Mandatũ nouum do vobis vt diligatis inuicem Jo. 14. et ideo Jo ãnes euangelista cum ad sepulcrũ iret inter discipuloruz brachia sustentatus nihil aliud dicebat nisi filioli diligite inuicez interrogatus quare hoc solum diceret. rñdit qz pceptum dñi est quod quidẽ pceptuz totus mundus sequi dz in cuius misterium oẽs xpm sequebantur quare inuidi scribe et pharisei dicebant verba proposita videtis qz nihil proficim⁹ etc. de pace igitur ali

vide Jacobũ de Voragine [illegible] ex folio 74 in m[illegible] col. usque ad fo 78 in 2 col.

que dicere cupientes descriptionē eius so lum impresentiarum dixisse satis erit q: sabbatum est.pro qua textus Augu.19.de ci.dei c.13.adducitur sic di. Pax corporis ē ordinata temperantia partium. Pax anime irrōnal' ē ordiata requies appetitu . pax aie rationalis est cognitionis actionisqz consensio.pax corporis et anime ordinata vita et salus animātis.pax hominis mortalis ē dei ordinata in fide obia.pax hominum ordinata concordia.pax domus ordinata imperandi atqz obediendi cōcordia habitantiū pax celestis ciuitatis ordinatissima et concordissima societas fruendi inuicem deo. pax omniū rerum tranquilitas ordinis. pax ciuitatis ordinata imperādi atqz obediendi concordia ciuiū.hec ille. Ad quorū dictorum declarationem tres consideratōnes faciemus.℄ Prima quarum dicetur virtuositas.℄ Secūda diuersitas.℄ Tertia autem remissibilitas.

℄ Pars prima huius sermonis in qua declaratur q pax ē actus virtutis caritatis et q ab omnibus appetitur.

PRimo igitur in isto sermone circa pacis virtuositatem tres conclusiones faciemus. ℄ Prima cōclusio est ſm tho.2a 2e.q.29.ar.4. Quod.s.pax aliquo modo ē actus virtutis:q: cū omnes actus se inuicem consequunt ſm eandem rōnem ab agente procedentes omnes huiusmodi actus ab vna virtute ꝓcedunt: nec habēt singuli singulas virtutes a quibus procedūt vt patet in rebus corporalibus: quia enim ignis calefaciendo liquefacit: et rarefacit non est in igne alia virtus liquefactiua.et alia rarefactiua:sed omnes act⁹ istos operatur ignis per vnam suam virtutem calefactiuā.Cum ergo pax causetur ex caritate ſm ipsam rationem dilectionis dei et proximi:vt dicetur nō est alia virtus cuius pars sit proprius actus nisi caritas.ergo vt patet pax est actus virtutis quapropter datur preceptum de pace habenda: quia est actus meritorius. vnde Mar.4. dicitur pacem habete inter vos et Mt.5. beati pacifici:quoniā.f.d.u. ℄ Quod si videatur potius q pax sit per se virtus q̄z actus virtutis:quia vitia virtutib⁹ opponunt:sed dissensiones que opponūtur paci numerantur inter vitia vt patet ad gal.5. ergo pax est virtus et non actus virtutis ℄ Ad hoc rñdetur q vni virtuti multa vitia opponūtur ſm diuersos actus et ſm ſi caritati non solum opponitur odium ratione actus dilectionis:sed etiā accidia vl' inuidia ratione gaudij et dissensio rōne pacis.℄ Secunda igitur conclusio est secundū tho.vbi supra ar.3. Quod pax ē actus caritatis:quia dixit vnio est de ratione pacis quarum. ℄ Vna ē secundum rationē propriam appetituum in vnum.Alia vero est secundum vnionem appetitus proprij cum appetitu alterius et ſm vtramqz vnionem efficit caritas.primam quidem vnionem efficit caritas ſm q deus diligitur ex toto corde.vt.s.omnia refferamus in ipsum.Et sic omnes appetitus nostri in vnū feruntur.Aliam vero prout diligimus proximos sicut nos.ipos ex quo contingit q homo vult implere voluntatem proximi sicut et suipsius et propter hoc inter amicabilia vnum ponitur identitas ellectionis vt patet in.9.ethi.et Tullius in li.de amicicia dicit. Quod amicorum ē idem velle et nolle.Et q̄zuis dissensio que videtur contrariari paci possit esse cum caritate quia sacri doctores vt Hiero. et Augu. et etiam nostri moderni in aliquibus dissentiunt. Paulus etiam et barnabas dissensisse legūtur act.15.Attamē quia phs.9.ethi. dicit. Ad amiciciam non pertinet concordia in opinionibus:sed concordia in bonis cōferentibus ad vitam.et precipue in magnis: quia dissentire in aliquibus paruis quasi vr non esse dissensus.Et propter hoc nihil ꝓhibet aliquos caritatem habētes in opinionibus dissentire:nec habet repugnare

paci quia opiniones pertinent ad intellectum:qui precedit appetitum:qui per pacē vnitur.Est ergo pax actus caritatis directe:quia s̄m propriam rōnem caritas pacem causat ē enim amor uis vnitiua. vt dicit Dyo.4.c.de diuinis nominibus. Pax autem ē vnio appetitiuarum inclinationū est etiam pax opus iusticie indirecte inq̄tum.vz.remouet prohibens. Et sic habz intelligi illud Isa.33.op⁹iusticie pax.¶ Qđ si dicatur q̄ non videt̄ pacem esse propriū caritatis effectum.Caritas enim nō habetur sine gratia gratum faciente:sed a quibusdam habet̄ pax sine tali grā sicut gentiles.ergo ꝛc.¶ Ad hoc r̄ndetur secundū tho.vbi supra in solutione primi arg. q̄ a grā gratum faciente nullus deficit nisi propter peccatum.ex quo cōtingit q̄ homo sit auersus a fine debito in aliquo indebito fine constituens.ꝛ s̄m hoc appetitus eius n̄ inheret principaliter vero finali bono:sed apparenti:quapropter sine grā gratum faciente non pōt esse vere pax:sed solum apparens.¶ Tertia conclusio ē s̄m tho.vbi supra ar.2.q.vz.oīa appetunt pacem: quia in p̄dicta descriptione dicit Aug.ꝛ ēt Diony.nono de di.no. q̄ oīa celestia terrestia sp̄ualia ꝛ corporalia appetunt ipsam pacez cuius ratio ē:quia ex hoc q̄ omne aliquid appetit ꝯn̄s ē ipsum appetere assecutionē eius quod appetit.ꝛ per cōsequens remotionem eorum que ipsam assecutionem impediunt pōt autem impediri assecutio desiderati boni p contrarium appetitum vel sui ipsius vel alterius.ꝛ vtrunqz tollit̄ per pacem.Et ideo necesse ē q̄ omne appetēs appetat pacem inquantū.s. omne appetēs appetit tranquille ꝛ sine impedimēto peruenire ad id quod appetit in quo consistit ratio pacis.Et ideo dicit Aug.q̄ pax omniū rerum ē tranquilitas ordinis importat.n. pax vnionem non solum appetitus intellectualis seu rationalis aut etiam aīalis ad quos potest pertinere consensus: sed etiā appetitus naturalis.Et ideo dicit Dioni. vbi supra.Quod pax ē operatiua ꝛ consensus.ꝛ ꝯnaturalitatis :vt in consensu importetur vnio appetituum ex cognitione precedentium.In cōnaturalitate vero vnio appetituū naturalium.ꝛ quāuis multi bella ꝛ discordias querant non tamen nisi pacem querūt:quia ideo bellant vt ad pfectiorem pacem perueniant. ¶ Quod si dicat̄ solum bonum est appetibile : sed quedam pax videtur esse mala alioquin nō diceret dn̄s Mat.10.Non veni mittere pa.sz gla. ergo non omnia pacem appetunt . ¶ Ad hoc respondet̄ s̄m tho.vbi supra in solutōne tertij argu.q̄ pax consistit in quietatōe ꝛ vnione appetitus:sed sicut appetitus potest esse vel boni simpliciter: vel boni apparentis.ita ēt ꝛ pax potest esse vera ꝛ apparens.vera quidem pax non potest esse nisi circa appetitum veri boni:quia omne malum ꝛ si s̄m aliquid appareat bonū quāpropter ex aliqua pte appetitum quietet habet tamen multos defectus ex quibus appetitus remanet inquietus ꝛ perturbatus vnde pax vera nō potest esse nisi in bonis ꝛ bonorum vt dictum ē pax autez que malorum ē apparens ē ꝛ non vera.vnde sapiētie.14.c.in pace viuentes.ꝛ in sciētie bello oēs.ergo appetunt pacem veram aut apparentem.Est insup sciendū q̄ duplex pax vera reperitur.sicut dupliciter habet̄ veruz bonum.vz.pfecte ꝛ imperfecte.vna quideq pax ē pfecta que consistit in pfecta cognitione sūmi boni per quā omnes appetitus vniunt̄ quietati in vno ꝛ h̄ ē vltimus finis creature rationalis s̄m illud ps. Qui ponit fi.t.pacem.Alia ē pax imperfecta que habetur in hoc mundo quia ꝛ si principales animi motus quiescant in deo sunt tamen aliqua repugnantia intus ꝛ extra que perturbant hanc pacem:quapropter precepit dn̄s Mar.9.di.pacē habete inter vos. Et hec sufficiāt pro principali pte huius sermonis.

¶ Pars ſecunda huius ſermonis in qua ponitur differentia que eſt inter pacē ꝛ cōcordiam.

¶ Pars ſa huius ſermonis in qua decla ratur quõ facta ẽ ab angelo incarnationis ãnunciatio.

Secundo principaliter visa angeli salutatione singulari attendenda ẽ incarnationis ãnunciatio. Ad cuius declarationẽ tria notãda sunt. vz. Cõfortatio. Reuellatio. Magnificatio. ¶ Primũ notandũ dr̃. Confortatio. q2 vidẽs angelus mariam turbatam ex salutatione mirabili cõfortauit eam di. Ne timeas maria ꝛc. Hic enim angelus confortat virginem ꝯ prefate formidinis dubiũ dupliciter. ¶ Primo vz ex modo loquendi. dicendo aliquo mõ singulariter affabili ꝛ pio ꝛ affecuratiuo di. Ne timeas Maria. vbi noiat eã noie ꝓprio tuz vt ex hoc ingerat se ei tanq̃ʒ ad familiariter sibi notam: tuz vt ex cõi significato sui nominis recognoscat se a deo eẽ illuminatam ad visionũ ambigua scrutanda ꝛ esse tanq̃ʒ amarũ mare: contra quecũ q3 tentamenta ꝛ vitia detestãda. ¶ Secũdo confortat eam rememorando gratiam quã apud deũ inuenerat: ꝛ ẽt in generali sibi apparendo quandã singularem gratiã: ad quã nunc de facto vocabat ꝛ elligebat: ꝛ ad quã in dei ꝓdestinatione erat ab eterno ellecta vt fieret mr̃ xpi. Non aũt dixit habes gratiã: sed inuenisti. Tum vt significet ꝙ non ex se naturaliter eam habuerit. tum vt seruet cõem vsum loquendi. Nam qñ ꝑsona inferioris gradus ab aliquo dño ad aliquã grãm sublimabat. dicebatur inuenisse grãm apud illum. Erat etiã sensus inuenisti grãm apud talem. i. singularẽ ꝛ gratuitam hʒ in te. ¶ Secundũ notandũ in hac parte dr̃. Reuellatio: quia angelus sequit apperiendo ei spẽaliue donum huius grẽ cũ addit. Ecce. ꝯ. in. u. ꝛ. p. f. vbi nota quõ ordinate hoc explicat. ¶ Primo enim dicit simpliciter eam habiturã filiũ supponens tñ ex modo cõtinuationis verborũ ad imediate ꝓmissa: ꝙ ipm habebit ex illa singulari grã quam pre ceteris inuenit. ¶ Secundo ex nomine iesu: quo dicit ipm ab ipsa vocandũ innuit cuʒ fore saluatorem iesus enim saluator interpretatur siue significat saluatorem. ¶ Tertiũ notandũ dr̃ Magnificatio: q2 angelis sequitur magnificans hũc filiũ virginis di. erit enĩ magnus: vt innuat iterum ꝙ eius magnitudo ſm ꝙ deus nullius dterminatõis limites hʒ. Et ẽt ꝙ eius magnitudo ſm ꝙ homo non posset mensurari nec diffiniri ab aliquo ꝑterq̃ʒ ab ipso. dicit enim erit ꝛ nõ est tum vt ad eius ſm carneʒ futuritionẽ se refferat. Tum vt nõ solũ respectu sui absoluti esse: sed ẽt respectu nostri noscere se loqui ostendat. Non. n. abinitio fuit in omni noticia magn⁹ ꝛ ideo dicit ꝙ finaliter erit ꝑdictam aũt magnitudinem seu magnificẽtiam explicat dupliciter. s. filij dei vocatione: ꝛ regni dñatiõe. ¶ Primo dicit appellandum esse filium dei. q. d. ita magn⁹ erit in se ꝛ in omni noticia omniũ ꝙ filius dei extimabit. Constat enim ꝙ sanũ non esset sentire ꝙ falso sic esset vocandus]. pʒ enim ꝙ supponit se vera ꝛ vere magna de isto ꝑmittere. vnde ſm hũc sensum plus est quo ad aliquid dicere vocabitur q̃ʒ erit ¶ Secundo dicit danduʒ esse ei regnũ dei a deo di. Et dabit illi dñs de⁹. s. d. p. eius omnes ei solemnes prophe christũ promittunt ex semine dauid regnum eius in summa ꝛ eterna, glorie possessurum ꝛ ampliaturũ intelligentes sub regni sui typo spirituale regnũ fidei ꝛ grẽ: ꝛ tandẽ eterne glorie. cuius pri cipalis sedes apud homines fuit a tẽpore dauid vsq3 ad xp̃m in ierusalem que fuit sedes dauitici regni seu fuit in ei⁹ successoruʒ spirituali auctoritate ꝛ fide sic a petro ꝛ citra fuit in sede petri. Dauid. ergo seminaliter tam carne q̃ʒ fide fuit christi pater figuraliter vero typum gessit dei patris. ꝛ sic vtroq3 modo christus regnum eius tã quam filius ꝛ heres legiptimus optinuit: ꝛ possedit. Ne autẽ credatur in sola stirpe

dauid aut in sola tribu Juda regnaturum esse. dicit ꝛ regnabit in domo Jacob cuius nomine. xij. tribus signatur ꝛ spiritualiter tota ecclesia sua imitatorū ꝛ successorum fidei sue. Et sic habet. angeli ānūciatio. ꝛ ps. secunda huius sermonis.

¶ Pars tertia huius sermonis in qua declaratur qualiter ineffabili modo factaē filij dei incarnatio.

TErtio principaliter videnda ē conceptionis filij dei ineffabilis modificatio de qua etiam tria vidēda sunt. s. obiectio. Rñsio. ꝛ exēplificatio. ¶ Primū dicitur obiectio. Nam ad probandaꝫ castitatem ineffabileꝫ virginis prudentissimāqꝫ ꝛ humileꝫ fidem adhuc angelus celauit sibi modū cōceptionis. Et ideo ipsa obiciēs dicit. Quomodo fiet istud. q. n. nō coꝛi. quoniam sum in statu ꝛ voto non cognoscendi virum: quasi velit dicere scio quidem multos modos dñi circa hoc habeř quibus suum beneplacitum potest implere: sed vnus est prorsus a voluntate mea elongatus scilicet cognoscendi virum. ¶ Et nota quod eo ipso quod de solo modo fiendi interrogat: aperte insinuat se ð nullo reliquorum dubitare. ¶ Et ex hoc ipso ꝙ scit diuersos modos cōcipiendi possibiles deo esse: contra modū cōmunem. s. p virilem admixtionem sumū votum allegādo de non cognoscendo vir. i. nō cognoscēdi ppositum: ostendit sue virginitatis triplicem ꝛ admirabilē ꝓrogatiuam. ¶ Prima ē prerogatiua ꝙ prima absqꝫ alterius exēplo: ꝛ absqꝫ legis expresso ꝯsilio imo q̄si contra corticem legis non solū simpliceꝫ sed etiā sollēnem virginitatem deuouerat Totū enim hoc signatur per hoc verbum non cognosco quia alias ex ipso non sumeretur ar. seu allegatio cōtra modum carnalem ꝛ naturalem. ¶ Secūda prerogatiua est ꝙ virgo intantum fuit ab omniuꝫ carnalium experimentali noticia segrēgata ꝙ sola per anthonomasiam potuit dicere: quoniam virum non cognosco. q. quantum ad quācunqꝫ carnalem noticiam: vel complacentiam: penitus nullū scio omnes quo ad hoc sunt mihi quasi stercus ꝛ penitus nihil. ¶ Tertia prerogatiua est ꝙ intātū omnem carnalem admixtionem abhorrebat. ꝙ etiam pro dei filio concipiendo nullatenus puritatem perdere volebat. ꝛ sic incomprehensibilis ꝛ ineffabilis eius itegritas cognoscitur. ¶ Secundū notanduꝫ dicitur respōsio. s. ipsius angeli qua declarat beate virgini ineffabilem cōceptionis modum di. Spiritussanctus superueniet in te i. superhabūdabit. Et virtus al. ob. tibi. i. vmbram sinui refrigerij dabit tibi. ¶ Ad cuius declarationem tria notanda sunt. ¶ Primo ꝙ hoc opus indigebat principio effectiuo ꝛ supposito: substātificatiuo. Ratio igitur pricipij effectiui appropriať spiritui sancto. a patre ꝛ filio de supernis misso. Suppositū vero ꝙ est ipsa persona filij vocatur filius altissimi. Ipse eni secundum apostolo. i. cor. primo est dei virtus ꝛ sapientia. Et cōgrue tertie psone a duab⁹ mananti appropriatur ipsa efficientia. Tuꝫ vt per hoc notetur consumata. Tum vt eo ipso notetur esse omniū trium: quia quod manat a producto: manat etiam a pducente. Et ſm hoc per superueniet significatur supeminens presidentia cause efficiētis super materiam operis sui. ¶ Secundo considerandū est ꝙ hoc opus conceptionis filij dei in beata virgine est sūme arduum: ꝛ sume sanctū. quid enim sic arduū q̄ꝫ ꝙ hūana natura contingeret ad personalem idētitatem filij dei. Quid etiam sancti⁹ q̄ꝫ eē plenum tali gratia ꝛ sanctitate per quam persona vnigeniti filij dei animam assumptam in se reflectetur. vt per illam diligeret se: vt se ꝛ patrem vt prēm: qꝛ ergo op⁹ erat: sic sanctum eguit principio sume sancto. cui ꝑ ratō optime appropriatur spiritui.

sancto: quia vero sume arduum eguit prin
cipio sume potenti et arduo sumū autem
culmen cuiuscunqз potentie virtus vocat
ergo summum culmen potentie dei vocatur
congrue virtus altissimi. bene ergo dixit
angelus. Spūssanctus superueniet i te etc.
per quod signatur: superexcessus arduita
tis inaccessibilis et incōprehensibilis. iuxta
illud ps. Ascendit super cherubin et vola
uit. u. super. p. u. et. p. t. latibulum suū. Et est
tunc sensus obumbrabit tibi. i. sm altitudi
nem tibi comprehensibilez exhibebit se ti
bi. Et quo ad hec duo optime infert. Ideo
qз etc. ppter enim singularem sanctitatem
eius dr. Nascetur ex te sanctū. ¶ Tertio
considerandum est q duo modi efficiendi
erant hic necessarij. vз. Magnificatiuus et
unitiuus. Oportebat enīз q opus esset ma
ximum et omni bonitate superplenum. Et
iterum q esset cum dei psona sic intimum
et incorporatum q essent psonaliter vnuз.
Repletio vero bonitatis imense optime
ascribitur spūisancto. de quo Sap. i. dicitur
Spiritus domini repleuit orbem terrarū.
Modus vero subintratiuus ppter sue in
timitatis archanum optime vocatur obū
bratio pro eo q in intimo quasi infra um
bram virtus subintrans et incorporans et
vniens stetit: et certe virtuosi et viui est sic
intime penetrare: et extrema tam distincta
tam diuisa vnire infinitum scilicз cum fini
to altissimum cum infimo et omnipotentis
simum cum mortali et infirmo. Omnium
autem modorum predictorum clarificatio
demonstratur ex illata conclusione. qua di
citur. Ideoqз etc. quia hec conclusio non se
quitur ex premissis nisi sub tanta altitudi
ne: et tali proprietate et proportione sumā
tur q merito ex virtute predictorum mo
dorum, clarificatio demonstratur q non so
lum homo sed dei filius secundum huma
nitatem tanquam sanctus sanctoruз ex vir
gine tanquam verus filius ex propria ma
tre nasceretur. ¶ Secundum et vltimū no
tandum in hac parte dicitur exemplifica
tio: quia scilicet angelus modum ineffabi
lem conceptionis christi in beata virgine
probat exemplo Helisabeth sterilis di. Et
ecce helisabeth cog. tua et ipsa concepit fi
lium etc. In quibus verbis tria notantur.
quibus propositum suum angelus probat.
¶ Primo enim notatur genus de simili
materia scilicet de miraculoso conceptu se
nis et sterilis et quidem senectus et sterili
tas elisabeth nō latebat virginem: sed ad
huc ignorabat eam filium in vtero conce
pisse tum propter mutitatem zacharie fa
ma erat q visionez vidisset sed quid igno
rabatur potuit tamen beata virgo hoc hu
manitus didicisse tum: quia hoc fuit val
de famosum. tum quia erant eius secundū
carneз propinqui. Et forte ipsa vel Joseph
fuerat in ierusalem: quia illud erat vnum
de tribus festis in quibus secunduз legis
preceptum omne masculinum debebat ap
parere in loco quem dominus elegisset.
¶ Secundo notatur conceptionis tēpus.
quando dicitur hic mensis est sextus illi
scilicet q concepit. q. d. sic se habet eius cō
ceptus ad tuum sicut opus priorum quin
to dierum aut quinte etatum ad opus sex
to diei in qua factus est homo ad imagi
nem dei et dominans priori operi. Et etiaз
quasi dicat tam in tantum processit q ap
propinquat expletioni. et per intumescen
tiā vteri et per motuз paruuli potest am
do innotescere. ¶ Quid enim congruen
tius quam q per conceptum sterilis as
cenderemus ad conceptum virginis: nec
mirum si virgo beata in verbis angeli po
tuit eorum mysteriorum resonantias in
telligere cum esset in mystica sapientia re
gni celestis singulariter illuminata. Et
sic etiam per subministerium angeli a deo
singulariter illustraretur tanquam ea
que pro iminenti nunc preparabatur ad
talem conceptum. ¶ Ultimo notatur
vtriusque conceptionis possibilitas.

per indubitabile principium qđ subdit di. Quia nõ erit impossibile apud deũ oẽ verbũ. Verbũ quidẽ hic vocatur quicqd voce vel cogitatiõe põt cum cordis ascensu dici ita q̃ sit verbũ: nõ quasi a corde alienũ sed tanq̃ a corde ⁊ in corde intelligibilr ⁊ affectualiter pceptũ: aut vt brevi⁹ loquar per verbũ intelligitur verbũ verũ ⁊ nõ mendosum vel fallax: q: sicut falsus lapis nõ est lapis sic quodãmodo falsũ verbũ non debet dici verbũ ⁊ precipue s̃m modũ scripture veteris: que coiter vocat verbũ factum vel rem dignã verbo iuxta illđ. 3. regũ. 39. Non fuit verbũ qđ non ostẽderet eis Ezechias i domo sua. ⁊ Amos tertio. Non faciet domin⁹ verbũ nisi reuellauerit secretũ suum ad seruos suos ,pphetas. vnde prefata propositio est oĩno eadem cum illa qua comuniter dicimus. q̃ omne qđ non includit in se contradictionẽ est possib.le deo. Quib⁹ auditis beata virgo prebuit cõsensum. di. Ecce ancilla domini fiat ⁊c̃. filiũq3 dei sensit in vtero conceptum. Qua de re i hac sacra ⁊ celeberrima festiuitate oẽs comẽdent se tante virgini vt per eius intercessionem ad filiũ in suo vtero conceptum mereamur hic gratiam ac gloriam in futuro seculo seculorum. Amen.

¶ Dominica resurrectionis dñi nr̃i Jesu christi de disceptatiõe aie xp̃i cum sanctis patribus ⁊ eorum liberatione per resurrectionem christi. Sermo. 70.

Iesum queritis Nazarenum crucifixũ surrexit nõ est hic. Scribuntur hec verba Marci vltimo ⁊ in euangelio hodierne festiuitatis celeberrime. Tanta debet esse hodierne festiuitatis exultatio vt corde ore ⁊ opere laudes domino canere nõ desistamus. Christi eni resurrectio vt dicit Grego. i omel. dat nobis gaudiũ ⁊ loquendi ausum: Hec ẽ.n. dies quam fecit dñs exultemus ⁊ letemur in ea: per quã fides roboratur virgo Maria gloriat magda. inflamatur apli fortificantur. iudei confundũtur. fideles confirmãtur sciq3 patres inclusi iubilãdo inter se disputãt. Sed q: in alijs operib⁹. 40. Multa đ xp̃i resurrectionis quiditate. Necessitate. vtilitate tpalitate. iucũditate. ⁊ his silĩa dicta sunt ne ea replicando fastidio sim. impresentiarum noua ,pponere curabo maxime circa visitationẽ ⁊ liberationẽ scõꝝ patrũ a xp̃o in limbo clausoꝝ. ,ppterea assumpsi verba prefata. s. Jesum queritis ⁊c̃. que verba sũt angeli ad Marias non ẽ hic. q: v3 aia ei⁹ cum diuinitate vsq3 ad hanc horã resurrectionis fuit in limbo. de quo misterio particulariter tractare volẽtes vt ordinati simus tria tñ̃ ,pponemus. ¶ Primũ quoꝝ dr̃ scõꝝ patrũ a xp̃o visitatio. ¶ Scđo scõrum patrũ cõsultatio. ¶ Tertiũ sanctorũ patrũ erga xp̃m magnificatio.

¶ Pars pria hui⁹ s̃monis in qua declaratur quomodo aia xp̃i visitauit aias scõꝝ patrũ ⁊ qualiter eam nouerunt.

PRimo ergo circa visitationẽ anie xp̃i ad scõs patres i limbo tria notanda sunt. s. Liberatio. Permãsio. Cognitio. ¶ Quantũ ad primũ qđ dr̃ liberatio presupposita veritate descẽsionis xp̃i ad iferos de qua tractabit in tractatu de articulis fidei. supposito ẽt q̃ hoc factũ sit ad liberationem aiaꝝ. ¶ Est aduertendũ s̃m Alexandrũ in tertia pte in tractatu de resurrectiõe xp̃i. ⁊ Bo. in tertio di. 22. q. 5. q̃ dñs non liberauit nisi aias scõꝝ patrum ⁊ ellectoꝝ suoꝝ ⁊ eorum qui erant membra ei⁹. Quãuis eni passio xp̃i oĩbus suffecerit non tñ̃ influit nisi i eius membra. Et ideo soli per passionẽ xp̃i saluati sunt: q vl' eius

erant mẽbra quando passus est vel futuri erant per cõuersionem ad ipm sed qm̃ qui erant in inferno non erant eius membra neqȝ futuri erãt ideo nõ dẽsoꝛsȝ tm̃ ellectos eripuit de inferno. Un̄ recte dr̃ per Osee 13.c. Ero mors tua o mors: morsus tu⁹ ero inferne Morsus.n. partẽ accipit ₇ partez reliqt sic xp̃s vnã partẽ accepit.s. ellectos ₇ aliã reliqt.s. reprobos. ꝙ si dubitaret de paruulis q cuȝ peccato origiali decesserãt solũ pro quo xp̃s satisfecit. ₇ merita xp̃i valent illis q non vtuntur li. ar. ergo ₇ hos eripuit. Ad hoc respon. ꝓm Bona. ꝙ nec paruuli potuerũt liberari qꝛ non erant in statu i quo essent capaces gr̃e xp̃i ₇ sic nec eius merita potuerũt eis suffragari. Nec satisfactio ei⁹ ꝑ peccato ade ad eos hẽbat extẽdi. Ad illos.n. se extendit q membra eius efficiũtur per fidẽ vl' ꝑ aliquod sacramentũ fidei. idõ sicut paruuli decedentes cũ originali carẽt in perpetuũ vita beata sic ₇ illi qui iam in inferno erãt detrusi. Quãtum ad ꝓm notandũ ꝙ dr̃ permansio oritur dubium si xp̃s animas quas tunc liberauit statim duxit ad celum quia statim post eius mortem ianua celi est aperta. ₇ nihil fuit retardans. ergo videtur ꝙ anima xp̃i cum alijs statim euolauerit ad celuȝ. Preterea locus superior competit statui glorie sicut inferior pene ₇ culpe. ergo sicut anime dãnate statim descendũt in infernum. Ita anime beate statim debẽt volare ad celum sed statim anime ille que erant in limbo fuerunt luce superne virtutis radiate ergo statim debuerunt in celũ introduci. ¶ Amplius nulla fuit anima purior anima xp̃i sed anime sanctorũ martyrum qui modo moriũtur statim euolant ergo ₇ anima xp̃i sed nõ ascendit caput sine membris ergo ille anime post mortem xp̃i fuerunt in celum introducte. Sed contra xp̃s non ascendit vsqȝ ad quadragesimũ diem post resurrectionem ergo nec anime sanctorũ. Naȝ Miche. scđo dicitur Ascendit pandens iter ante eos .s. xp̃s. Ad hanc dubitationem respon. Bona. vbi supra. q. 6. ꝙ anime sanctoꝝ nõ statim post mortem xp̃i perducte sunt in celum quantum ad locum. statim tam̃ post resolutionem anime a corpore xp̃i viderunt lumen eternum ₇ beate facte sunt. vnde Augusti. exponens illud Lu. 23. Hodie mecum eris in paradiso. dicit ꝙ paradisus ibi non dicitur locus empirei nec locus paradisi terrestris sed ipsa dei visio vbicunqȝ enim homo sit dumtamẽ aperte deum videat potest dici esse in paradiso patefactum est ergo celum sanctis patribus quantũ ad premium. vnde etiã in inferno paradisum habuerunt. s. apertam dei visionem que ẽ vita eterna vt dicit Jo. 17. Statim ergo post mortem xp̃i beatitudinẽ adepte sunt non tamen locum beatitudinis. quoniã xp̃s debuit primatũ tenere ₇ esse primogenitus in multis fratribus tanqȝ caput omniũ. Resurrectio autem xp̃i ₇ eius ascensio differri debuit ꝑpter nostre fidei cõfirmationeȝ. s. vt ostẽderetur ꝙ xp̃s vere mortuus fuerat. ₇ ideo etiaȝ ascensio dilatata est vt vere ostenderetur ipsum resurrexisse. Quoniam igitur nulla anima debuit ante christum ascendere in celum ₇ christi ascensio debuit differri propter nostram salutem. hinc est ꝙ anime sanctorum fuerunt de limbo extracte nec tamẽ statim in paradiso collocate celesti. Quod etiam probatur sic. Christus enim cum resurrexisset dicit̃ ab inferis redisse ad superos sed si anime sanctorum statim post mortem xp̃i perducte sunt ad celum non rediret anima xp̃i ab inferis ad superos sed potius de superis descenderet ad inferiora. ergo patet ꝙ anime sanctoruȝ non statim perducte sunt in celum. ¶ Dicas ergo ad primum articulum in oppositum ꝙ statim i morte xp̃i ianua fuit aperta quantum ad meritum sed in resurrectione quantũ ad eggressum de limbo in ascensione vero quantum ad

ascensionem in celum nihil ergo erat re tardans quantum ad violentiam erat ta men aliquid retardans ex rationali causa s.ex causa supradicta. ¶ Ad secundum di cis q verum est q locus superior compe tit statui glorie attamẽ sicut angeli beati ex causa mittuntur deorsũ ad nostram sa lutem procurandã quibus tamen inquan tum beati competit locus sursum. sic etiaꝫ locus ille differri poterat ex causa illis animabus ad tempus. Ad tertium dicas q causa quare anime aliorum sanctorum nunc statim euolant ad celum est quia ca put eorum est supra ꝛ nullam causam ha bent retardationis ideo non est simile. ¶ Quantum ad tertium notandũ q dici tur cognitio. Ex predictis sequitur q veri similiter sancti patres cognouerunt ani mam xpi. Sed ad clariorem huius rei no ticiam sciendum q vbi sunt plura signa notabilia inducunt quodammodo iudiciũ violentum que faciunt iudicare rectum iu dicium. Signa enim demonstrant signata l. Stygmata de fabricensib⁹ ff. Et ideo quis ex incessu ꝛ gestibus fatuus reputa tur. Et sic per exteriora intelliguntur inte riora dicta. l. Stygmata. Et. §. pauonum Insti. de re. diui. Sancti enim patres exi stentes in limbo multa signa receperunt quibus fuerunt coacti credere illam ani mam esse xpi. Et de multis tantum septeꝫ dicemus. ¶ Primũ quorum dicitur exul tatio qđ narrat Nico. de lira super illud Jo. 19. Sedente eo pro tribunali misit ad pillatum vxor eius di. Nihil tibi ꝛ iusto il li multa enim sum passa in hac nocte per illum. qđ quare fecerit dyabolus secundũ omnes doc. fuit quia vsqꝫ tũc non potuit perfecte cognoscere dyabolus q xps esset deus ꝛ homo quamuis sepe ex multis argu mentis dubitauerit vt in resurrectione la zari ꝛ aliorum sed dubitabat quia helias ꝛ heliseus etiã ipsi mortuos suscitauerant sꝫ isti suplicatione xps autẽ sua virtute qđ dyabolus non intellexit. Et licet etiam au dierit vocem patris di. hic est filius meus dilectus Mat. 17. admirabatur tamen christum deum esse ꝛ hominem. Prete rea quia viderat eum ieiunantem quadra ginta diebus ꝛ quadraginta noctibus vt patet Mat. quarto Luce quarto dubita bat esse filium dei. Sed tamen certus non erat quia Elias etiaꝫ ieiunauerat similiter 40. diebus ꝛ. 40. noctib⁹ vt habetur tertio regũ. 17. ꝛ Moyses similiter vt habetur Exo 34. ꝛ ideo tentauit xpm di. Si tu es fi lius dei ꝛc. Mat. 4. Lu. 4. Mar. p̃io pro pter hec signa ꝛ multa alia dyabolus dubi tauit semper xpm esse filiuꝫ dei. Sed tem pore passionis vehementer coniecturatus est propter duo. ꝛ ideo vexabat vxorem pillati volens retractare que contra eum fuerat machinatus. ¶ Primo propter pa cientiam xpi quam videbat eum habere in tantis passionibus. ꝛ illam prophetiam esse impletam Isa. 53. c. Sicut ouis coram tondente se non aperiet os suum. ¶ Secũ do propter demones qui frequenter ibãt sursum ꝛ deorsum per infernum videbãt in limbo sanctos patres plus solito gaudere Ipsi enim sibi loquebantur inuicem secre to di. xps patitur per cui⁹ passionem libe rati erimus vnde dauid di. illud ps. 83. Cor meum ꝛ caro mea exultauerunt in de um viuum primũ ergo signum ad cogno scendum xpm fuit insolita exultatio quam in cordibus suis sentiebant. ¶ Secundũ signum fuit magna perturbatio quia ime diate post xpi spirationem tenebre facte sunt in toto mundo vellum templi scissum est ꝛ petre scisse sunt. Audierunt ergo san cti patres illam vocem magnam xpi. In manus tu. co. spi. meuꝫ Mat. 27. ꝛ senserũt rumorem. Nam ab illo foramine vbi posi ta fuit crux scissus ẽ lapis vsqꝫ ad limbũ. Et ideo quia sensibilia sunt signa intelligi

bilius videntes ista cognouerunt illa que
per hoc significabantur. Sciebant enim
prophetatum esse Joelis tertio. Contre
muit terra mori sunt celi sol ⁊ luna obte
nebrati sunt ⁊ stelle traxerunt splendorē
suum ⁊ dominus de Jerusalem dedit vo
cem suam ante faciem exercitus sui per
hec etiam signa dionisius astrologus co
gnouit quid diuinum. di. Aut deus celi pa
titur aut tota machina mundialis destrui
tur quando. s. vidit solez obscurari contra
naturam. Et ideo quia in lymbo erant ani
me sapientissimorum ⁊ magnorum docto
rum partim per sapientiam ⁊ partim per
scientiam prophetarum comprehenderūt
ꝙ natura non poterat pati vt xp̄s crucifi
geretur. ¶ Tertium signum fuit magna
irrigatio. s. sanguinis qui irrigauit terram
⁊ diuina virtute transiuit ad limbum ⁊ in
ter alios Adam sensit vnā guttam ⁊ dixit
sanctis patribus. Quid vobis videtur de
isto sanguine. Respondens Joel dixit.
Hic est ille sanguis de quo prophetaui
capitulo tertio di. Effuderunt sanguinem
innocentem in terra sua. quam quidem de
scensionem intelligendam etiam dicimus
spiritualiter. Et hoc figuratum fuit gen.
quarto quando dixit dominus ad Caym
Ubi est Abel frater tuus vox sangui. fra
tris tui clamauit ad me de terra sicut eniz
sanguis Abel ascendit ad deum spirituali
ter sic sanguis christi descendit ad irrigan
dos sanctos patres. ¶ Quartum signum
fuit preuentio preuenerat enim simeon se
nex qui dixerat letamini quia natus est
saluator noster. In proximo ē redemptio
nostra. ego tenui eum in vlnas meas vt
habetur Lu. secundo. Similiter ⁊ Johan
nes baptista qui dixerat. Exultate ego de
monstraui eum digito di. Ecce agnus dei
ecce qui tollit peccata mundi. Ego eum
proprijs manibus baptizaui. Similiter ⁊
latro bonus venerat cui dictum est hodie
mecum eris in paradiso. Hoc videntes
sancti patres ⁊ videntes demones portas
inferni plus solito tenere obstrusas vo
cemqz christi audierunt dicentis. Attolite
portas principes vestras ⁊ elleuamini por
te eternales ⁊ introibit rex glorie. Dixe
runt ecce appropinquat redemptio nostra
⁊ cognouerunt presentiam anime christi.
¶ Quintum signum fuit magna illumi
natio quia christus communicauit lucem su
am in lymbo mirabilem de qua propheta
uerat dauid dicens. Lux orta est iusto rec.
corde leticia. Et Jsa. 9. populus qui ambu
labat in tenebris vidit lucem magnam ha
bitantibus in regione vmbre mortis lux
orta est eis. Regno vmbre mortis est lo
cus in medio inferni vbi priuati sunt vi
sione dei. Tantam igitur lucem insolitam
videntes sancti patres argumentauerunt
ꝙ ibi esset christus. ¶ Sextum fuit ma
gna dyaboli ꝑtractio qui expectabat ani
mam christi portare sicut ⁊ aliorum sed
quando audiuit eum dicere. pater ignosce
eis quia nesciunt quid faciunt timuit di
cens ista sunt verba iusti deinde audiuit
eum latroni dicere. Hodie mecum eris in
paradiso Luce vigesimo tertio ⁊ valde ti
muit sed cum audisset eum dicere Matri
Johānis vigesimo. Ecce filius tuus quod
verbum potest intelligi de seipso quasi di
cat. Ecce qualiter filius tuus tractatus est
⁊ sic cepit gaudere credens pro certo ꝙ
purus esset homo. Et postea cum audisset
euz dicentē illud Mat. vigesimo septimo
Deus deus meus vt quid me dereliqui
sti. Tunc dyabolus credidit ipsum esse de
speratum deinde audiuit eum dicentē. Si
tio Luce vigesimotertio. ⁊ consumatum
est Johānnis nonō. Et tunc dyabolus cre
didit ꝙ se diceret mortuum ⁊ ita gaude
bat dicens portabo eum sed audiens vl
timum verbuz. s. In manus tuas comēdo
spiritū meū remāsit confusus di. Ipse vere.

fuit filius dei anima autem christi extens cepit eum per cornua: per que signatur potestas ⁊ fregit sibi caput, ⁊ abstulit cornu dextrum, idest potentiam: quam habebat fregit ⁊ destruxit iuxta illud, ¶ Confregisti capita draconis dedisti eum es.ppl.eth.s.demonũ:⁊ cecidit i infernum rapiens secum animã mali latronis. ⁊ transiens p limbũ clamãdo ve mihi maledicta sit dies in qua creatus fui. Qui interrogatus a sanctis pr̃ibus quid haberẽ. rñdit est vr̃ xp̃s qui sic me aptauit. Tunc sancti patres ponentes se sub protectione christi expectabant eũ cũ magno gaudio ⁊ desiderio di.ppheticum illud.s. Esto brachium nostrũ in mane ⁊ salus nr̃a in tẽpore tribulationis. ¶ Septimũ ⁊ vltimuȝ signum fuit angelica visitatio:qñ enim christus exclamauit voce magna.di.pater In manus t.c.sp.m.quia nõ rõ:sed sensualitas clamabat pater audiens vocem filij subito misit angelos multos ad sotiandũ eum: q cum ipso descenderũt ad limbum.Gabriel aũt faciens ambaxiatã ex pte christi dixit illis aperite xp̃s qui vult intrar̃ ad liberãdum vos. Qui dixerunt nõ esse omni sp̃ui credendũ.quapropter volumus facere cõsilium:quia multa signa habemus si nõ ẽ christus nõ recipiemus eum.Si vero erit volumus pparare nos ad recipienduȝ debito honore.Et sic pȝ pars p̃ria huius sermonis.

¶ Pars s̃a huius sermonis in qua declaratur q̃ñ sancti patres in limbo consuluerunt qualiter christum reciperent.

SEcundo in isto sermone cõsiderãda est sanctorũ patruȝ consultatio.In quo qdem consilio tria breuiter videbim⁹ ¶ Pⁱmũ est patruȝ sanctoruȝ congregatio. ¶ Secundũ est legati ellectio. ¶ Tertiũ legationis expositio. ¶ Pⁱmũ est sanctorũ patruȝ congregatio visis.n.supradictis signis sancti patres pulsauerunt cãpanaȝ consilij.quod nihil aliud significauit nisi desiderium eorum aduentus christi. Cõgregati igitur sancti omnes viri ⁊ mulieres quo consilio merito.Adã proposuit di. Quidaȝ ẽ precoribus porte nostre ciuitatis volens intrare dicẽsqȝ se esse animã christi crucifixi qui venit ad nos liberãdũ ego non intelligens hoc nomen dicit se eẽ messiam.Quid igitur faciendum sit psulite an debeamus ei sic absolute credere. Tunc omnes dixerunt vtinã esset messias presertim dauid qui dixit Heu mihi quia incollatus meus plo.e.h.cum.h.c.m.ico. s.anima mea.quod dixit in psona omniũ. Et Adam dixit ego fui p.s.millia annoruȝ sed ne decipiamur mihi vr̃ q̃ de hoc debemus nos certificari. Hic eniȝ sunt patriarche pphe ⁊ prophetisse qui de eo scripser̃t discutiamus.ergo si pphie sunt in eo iplete.Et elligamus vnum sapientissimuȝ oratorem:qui optime sciat prophias ⁊ mittamus ad eum vt videat si in eo implete sint pphie.⁊ omnes laudauerunt cõsilium di.fiat fiat. ¶ Secundũ.ergo in hac parte dicit legati ellectio:q: post predicta.Adaȝ dixit quis vobis idoneus videt ad hoc pagendũ.tunc omnes dixerunt nos volum⁹ stare tue ditioni ⁊ ellectioni. Et Adam dixit.bonum ẽ mittere Salomonem qui est rex ⁊ pphã:q̃uis enim quidam tenẽat ipsum damnatum: quia idolatrauit fecitqȝ templum in monte oliueti idolis ex opposito templo dei:nec destruxit illud nec etiam destrui fecit:alij tamen tenent non eẽ damnatum: quia fecit librum ecclesiastes in quo scribuntur omnes luxurie: quas fecit Salomon.Et postea conuersus fecit librum istum in quo conclusit finis loquendi est omnis homo: sed vtcunqȝ sit teneamus pro nunc q̃ sit saluus forte alias tenebo oppositum. ¶ Nam de eo, dicit Ambrosius. ¶ Quid dicam de sancto,

Salomone meo nō fuit tñ sapientior Ade
q imediate a deo ē creatꝰ nec ēt Moyse q
facie ad faciē loquutꝰ est cū deo. licet dicat
deꝰ tertio Regū. 4. c. dedi tibi tantā sapiē
tiam ꝙ nullus fuit nec est nec erit sapien
tior te in regibꝰ. Nā iste textꝰ nō extendit
ad Adā ⁊ Moysē q reges nō fuerunt. In
telligitur ergo textus iste solū de regibus
ex quibus nullꝰ sapientior salomone fuit
nec erit. Electꝰ ē ergo Salomon vel aliꝰ
quicunqꝫ sit ille. ¶ Tertium in hac parte
dr̄ legatiōis expositio. Nā Salomone elle
cto vel aliꝰ dixit scīs p̄ribus Sapiētie hu
ius messie nō ē numerus nec qsq̄ꝫ poterit
ei resistere quapropter detis mihi in scri
ptis capitula siue legationē quā habeo fa
cere. Tūc adam dixit dauid. dic o rex que
sunt ei proponēda. Tūc dauid dixit mihi
vr̄ ꝙ tu Salomon debeas interrogare de
xv. ¶ Prio de sua ꝯceptiōe. ¶ Scdō d̄ sua
natiuitate. ¶ Tertio d̄ suis ꝑdictionibus.
¶ Quarto de suo noīe. ¶ Quito d̄ sua vi
ta. ¶ Sexto de sua lege. ¶ Septio de suo
remedio. ¶ Octauo d̄ sua morte. ¶ Nono
de sua sepultura ¶ Decio de dispositiōibꝰ
mūdi in tpe suo. ¶ Undecio d̄ ꝑplo iudai
co post mortē suā. ¶ Duodecio de descen
sione ad infernū. ¶ Tertiodecio de sua re
surrectiōe. ¶ Quartodecio de nr̄a libera
tiōe. ¶ Quintodecio si isto tpe idolatria
debeat destrui. ¶ Quibꝰ auditis oēs lau
dauerūt dictū dauid di. verū est qd Job. 12.
dixit. s. In antiqs ē sapiētia Salomon igi
tur accepta veste regali venit ad portas
regionis mortis. Quē vidēs Jesus dixit
O carnal vir q hedificasti templū idoloꝝ
tuis ꝯcubinis aperi cito api. Cui salomon
habeo i mandatis nō tibi aperire nisi priꝰ
soluas. xv. q: legatus suꝫ scōꝝ patrū hī inclu
sorum. ¶ Pria questio ē de tua conceptio
ne cui xp̄s dixit. ego suꝫ semihomo q: sum
cum aīa sine corpore. Ad quē Salomon tu
videris mihi hō s; nos hēmꝰ hic homies
diuerso mō ꝯceptos q: Adaꝫ q sine hoīe ⁊
muliere ꝯceptꝰ est. Itē euaꝫ que sine femi
na s; ex viro. Itē alios ex femina ⁊ viro cō
ceptos tu ergo qualr̄ fuisti cōceptus. ⁊ vo
lo scire quatuor. ¶ Prio si es ꝯceptus ali
quo p̄dictoꝝ modoꝝ. Cui xp̄s dixit. Redi
ad adā ⁊ quere ab eo de isto puncto q: in
ter eos bene repertēt hoc esse ꝓphetatū:
Tūc Salomon rediit ad scōs p̄res ⁊ hoc
refferēs Surexit Isa. di. e. memini me pro
phetasse. 7. c. libri mei. s. Ecce virgo ꝯ. ⁊ p.
f. ⁊ sic ꝯceptus ē de muliere absqꝫ viro ⁊
hī est quartus modus a predictis. tūc salo
mon rediēs ad xp̄m dixit. Tu es cōceptꝰ
de virgine ⁊ spūscō. s. sine viro cui xp̄s di
xit sic esse. vñ angelꝰ dixit ad virginē Lu.
2. Spūs scūs supueniet ite. ¶ Scdō dixit
salomon ego volo scire si tu es cōceptus i
illo loco in quo mesias dꝫ ꝯcipi cui xp̄s re
di iteꝝ ad scōs p̄res qui reuersus ⁊ inter
rogans respon. Isa. ego prophetaui. xj. c.
Egrediet virga de ra. ie. ⁊ fl. de ra. eiꝰ as. ⁊
req. sup e. s. dñi ⁊ rursus salomon ad xp̄m
interrogat si erat cōceptus de radice iesse
cui xp̄s dixit. Jesse fuit de nazareth: ⁊ pr̄
Dauid. a quo descendit virgo Maria ex
qua natꝰ suꝫ. sicut flos nascit ex virga sine
opatione alicuiꝰ. Ita natꝰ suꝫ ex virginali
vtero sine operatione viri ex virga iese. s.
virginis marie in Nazareth. Idō dicor Je
sus nazarenꝰ q: iese fuit d̄ nazareth. ¶ Ter
tio dixit Salomon volo scire circa tuā con
ceptionē quo tpe fuisti conceptus. vꝫ ⁊ sub
cuius rege. israel. Cui dixit Jesus ego de
bebam venire in vltimis finibꝰ mūdi sicut
ꝓphetauit Abachuc. 2. c. di. Quia adhuc
visus ꝓcul ⁊ apparebit in fine: si morā fe
cerit expecta illū q: veniens veniet ⁊ non
tardabit. Ego eni sum ille lapis excisus d̄
monte sine manibꝰ d̄ quo ꝓphetauit dan.
tertio. c. Mons eni fuit mr̄ virgo benedi
cta a quo mōte lapis q abscisus ē sine ma
nibus ego sum q cōceptus sum sine semie
virili tpe regni Imperatoꝝ romanoꝝ si
cut ꝓphetatū fuerat per dan. vbi supra qñ

dixit. In diebus aũt regnoꝝ illoꝝ suscitabit
deꝰ celi regnũ. qḋ in eternũ nõ dissipabit: ⁊
erit regnũ xp̄i regis eterni. Natꝰ .n. suz sb̄
Octauiano Imperatore romanoꝝ. Tũc rex
Salomon dixit. Ex quo tu es ille qui es fi
guratus illi lapidi abscisso ⁊ natꝰ ex virgi
ne: tu debes valde notabil' esse ⁊ preciosus
Cui Jesus quere a pr̄ibus tuis si aliquis
ꝓphetauit ď illo lapide absciso magno ab
illo mõte. Et salomon rediẽs quesiuit hoc
a suis pr̄ibꝰ ad quẽ Jere. dixit. Ego ꝓphe
taui. 30. c. mei libri di . Verbũ abreuiatum
fecit dñs super terrã. ⁊. 31. c. Femina circũ
dabit viꝝ. i. venter virginis portãdo Jesũ
circũdabit eum. q paruꝰ erat in carne sed
virtute imensus. ⁊ sic hẽs quo tp̄e ⁊ sub cu
ius regno sum ꝯceptꝰ. ¶ Secũdã questio
nez tũc ꝓposuit salomon ď sua natiuitate
dicẽs volo scire alia quatuor circa natiuita
tem tuã. ¶ Primo volo scire si mr̄ tua pe
perit te cũ dolore. cui dixit dñs Jesus Ab
angelo dictũ fuit. Aue gr̄a pl. dñs t. lu. p̄io
q: fuit sine ve ꝯ nomen eue. Tũc Salomon
dixit. Vbi reperiet̃ hoc. Et xp̄s pete a pro
phetis tuis. ⁊ reperit Isa. di. 66. c. Anteq̄z
parturirẽ peperi. i. sine dolore pepi. ¶ Se
cũdo dixit Salomon. volo scire a te si tua
mr̄ perseuerauit i sua virginitate respon.
Jesus ꝙ sic ⁊ quere ab Ysaya. ⁊ Isa. dixit
7. c. libri mei hẽtur. Ecce virgo cõcipiet ⁊
pa. f. i. ante ꝯceptũ ⁊ post cõceptũ remane
bit virgo ⁊ ꝑ ꝯsequens post partũ. ¶ Ter
tio dixit Salomon. Ego volo scire. In quo
tp̄e natus es. Cui Jesus ego natꝰ suz tp̄e
pacis totiꝰ mũdi. Sicut dictũ fuit ꝑ Isa.
2. c. Et pax erit in terra vr̄a ⁊ fluent ad euz
oẽs gẽtes ⁊ ibunt ppl'i ⁊ dicẽt. venite ascẽ
damꝰ ad montẽ dei. ⁊c. quere ibi q: pulcra
sunt que cã breuitatis õmitto. Quarto
dixit salomon ego volo scire in quo loco
natꝰ sis. Vade ad Micheã inqt xp̄s q di
cet tibi. 5. c. sic. Et tu bethleez effrata puula
es in millibꝰ Juda. Ex te eni exiet dux q
sit dñator in israel. ⁊ egressus eius ab ini

tio a diebꝰ eternitat̃. Et lu. 2. hoc p̄z adim
pletũ. ¶ Tertia questio quã posuit Salo
mon xp̄o fuit circa suas ꝓdictiones vñ di
xit ei que sunt tue ꝓdictiões. Cui xp̄s ego
sum deus ⁊ hõ ⁊ reuoluẽs se Salomon ad
Adã dixit ip̄e dicit ꝙ ẽ deꝰ ⁊ hõ. ait Adaz
si sic est oẽs sumꝰ liberati q: inquantũ hõ
hz velle ⁊ inquantũ deus hz posse ƺ videa
mus si qs de hoc ꝓphetauit. Tũc Jere. sur
rexit dicẽs. 23. c. Ecce dies veniũt dicit dñs
⁊ suscitabo dauid. i. xp̄m germẽ iustũ: ⁊ re
gnabit rex ⁊ sapiens erit. ⁊ hoc ẽ nomẽ qḋ
vocabũt eum. dñs iustus nr̄. ⁊ notandũ ꝙ
vbi nos dicimꝰ dñs nr̄ i hebreo hẽtur No
men eiꝰ vocabũt tethagramaton qḋ signi
ficat deũ purũ. ⁊ Isa. 9. paruulꝰ natus ẽ no
bis ⁊ filiꝰ datus ẽ nobis ⁊ factus ẽ princi
patus super humeꝝ eiꝰ ⁊ vocabit̃ nomen
eius admirabil' consiliariꝰ deus fortis pr̄
futuri seculi ⁊ princeps pacis. ƕ ille. Per
hoc eni ꝙ dicit paruulꝰ significat ꝙ est hõ
ꝑ hoc ꝙ dicit fortis verificat̃ ꝙ est deus ⁊
hõ. ⁊ Salomon dixit. Ego apertiꝰ ꝓpheta
ui te esse deũ ⁊ hoiem tertio cant. di. Egre
dimini ⁊ videte filie siõ regẽ Salomonẽ i
dyademate quo coronauit eũ mr̄ sua in die
desponsatiõis illiꝰ ⁊ i die leticie cordis eiꝰ
ƕ ille. Et Jesus dixit qd voluisti dicere de
te ip̄o. Cui Salomon. Ego nõ intellexi de
me sƺ de te xp̄o ⁊ hoie. incitãdo filias sion
ꝙ exirent videre te deũ coronatũ ⁊ qñ dixi
ꝙ coronauit eũ mr̄ sua itellexi ꝙ tu es hõ
natus ex mr̄e virgine. ¶ Quarta questio
quã proposuit Salomõ Jesu fuit circa no
men suũ. di. lƺ sis pulcher in facie q: tũ Ja
cobus ẽ filiis tibi volo scire qḋ est nomen
tuũ. Cui dixit. ego Jesus dicor. ⁊ Salomõ
dixit quõ aũt Isa. 9. c. dicit. Vocabit̃ nomẽ
eius emanuel. ⁊ Jesus ẽt Emanuel vocor
i. vobiscũ deus ƕ ẽt Jesus vocor teste Aba
chuc. q dicit tertio. c. Ego aũt in dñe gaude
bo. ⁊ exultabo in deo Jesu meo sicut dictũ
est ab angelo mr̄i mee lu. p̄io. Ecce conci
pies ⁊ pa. f. ⁊ vocabis nomen eiꝰ Jesum

¶ Quinta questio quã Salomon xp̄o pro
posuit fuit de sua vita di. Que fuit vite cõ
uersatio Cui xp̄s O salomon nõ tal' qual'
tua plena desiderijs ⁊ voluptatibꝰ vt legit
tertõ regũ.10. ſʒ vita mea fuit paupercula
qꝛ nolui regnũ meũ esse de h̄ mundo cõtra
superbiã ⁊ auaritiã mũdi ⁊ sum siml' diues
⁊ pauper. respectu diuinitatis sum diues
sed respectu humanitatis sum pauper. ⁊
pete zach. si verum sit qui.9.c. dicit de me.
Ecce rex tuꝰ venit tibi iustꝰ ⁊ saluator ip̄e
pauper ⁊ ascẽdens sup asinã: ⁊ sup pullum
asine. ¶ Sexta questio quã ꝓposuit Salo
mõ xp̄o fuit d̄ sua lege di. q̃lis fuit tua lex
quã mũdo dedisti. Cui xp̄s Mea lex fuit
noui testamenti quã dedi pplo nouo. Cui
Salomon qs ꝓphetauit de tali lege. Cui
xp̄s pete Jere. qui surgens ego propheta
ui.31.c. mei libri sic. Ecce dies veniunt dicit
dominus ⁊ feriam domui israel ⁊ domui
iuda pactum nouum non secundum pa
ctum quod pepigi cum patribus eoꝝ in
die quãdo apprehendi manũ eoꝝ vt edu
cerem eos de terra egipti pactum qd̕ irri
tum fecerunt ⁊ hoc erit pactum qd̕ feriam
cum domo israel post dies illos dicit do
minus. dabo legem meam in visceribus
eorum ⁊ in corde eorum superscribam eã
⁊ ero eis in deũ ⁊ ipsi erũt mihi i populũ.
¶ Septima questio quam ꝓposuit Salo
mon xp̄o fuit de suo remedio. d. Qd̕ reme
dium portasti in mũdo omnibus cõmune
⁊ necessarium cui xp̄s inquit. Portaui re
medium baptismi ꝯtra peccatum origina
le. Et salomon quale est remediũ istud ba
ptismi. Cui xp̄s interroga sanctos patres
aliqs coꝝ te docebit qd̕ audiẽs Jo. bapti.
surrexit di. Ego baptizaui eũ ⁊ vidi colum
bam descendentẽ de celo sup eum ⁊ audiui
vocẽ pr̄is eterni. di. Hic ẽ filius meꝰ dil. in
quo mihi bene ꝯpl. Tũc adã p̄cepit Jo. ba
ptiste vt iret visuʒ si erat ille at ille rediẽs
dixit vere filiꝰ dei ẽ. d̄ h̄ ẽt baptismo ꝓphe
tauit zacha.13.c. di. In die illa erit fons pa
tens domui dauid. ⁊ h̄itantibꝰ ierusalẽ in
ablutionẽ pectoris. ¶ Octaua questio fuit
de sua morte. dicẽs sic. Ex quo tu es deꝰ ⁊
hõ debes tu mori? Cui xp̄s. Ego h̄ẽo cla
uem vite ⁊ mortis ⁊ ostẽdit ei crucẽ i qua
mortuꝰ fuerat quã Salomon vidẽs nũcia
uit adeoq audiẽs cum iubilo dixit. ex quo
mortuꝰ est in cruce liberati erimꝰ. hoc eni
ꝓphetatũ fuit p dan.9.c. p.70. hebdo. quas
h̄ẽs declaratas i tractatu de fundamẽtis
fidei. Tunc Salomon inqt xp̄o. Uolo scire
aliqua circa mortẽ tuã. ¶ Prio si debuisti i
in cruce mori cui xp̄s habes scriptum nu
meri.21.ca. Maledictꝰ omnis qui pendet
in ligno. sed ego qui sum omnis homo fui
maledictus pro oibus hominibus ⁊ Jere.
xj. ꝓphetatũ fuit ponamꝰ lignũ i panẽ eiꝰ
⁊ eradamꝰ eũ d̄ terra viuentiũ. ⁊ Abacuc
prio. Dñe i iudiciũ posuisti eũ. s. Jesuʒ mun
di sunt oculi tui ne videãt malum: ⁊ respi
cere iniquitatẽ non poteris quare non re
spicis super iniqua agẽtes ⁊ taces deuorã
te impio iustiorem se. s. xp̄m. h̄ ille. Sicut
enim piscator capit pisces cũ hamo abscõ
so sub esca ita ⁊ ego cuʒ hamo diuinitatis
sub verme humanitatis morte crucis dece
pi dyabolũ ⁊ cepi eũ qui expectabat cape
re animã xp̄i qua ex re ego dixi. Jo.12. Cũ
exaltatus fuero omnia traham ad meip̄ʒ
⁊ sic traxi homines in sagena sua sicut tra
huntur pisces quia omnes facti sunt xp̄ia
ni. ¶ Secũdo inquit Salomon. volo scire
si tu fuisti flagellatꝰ cui xp̄s anteq̃ʒ fuissem
crucifixus totꝰ fui eqdem flagellatus hoc
enim prophetatũ fuit per dauid ps.72. di.
Fui flagellatꝰ tota die. s. a Caypha ⁊ pilla
to ⁊ castigatio mea i matutinis. ⁊ Jsa. p̄io
A planta pedis vsq̃ʒ ad verticem capitis
non remansit in eo sanitas. ¶ Tertio inqt
Salomon volo scire si habuisti allapas ⁊
verbera. cui xp̄s. imo inqt. hoc eni ꝓpheta
tũ fuit Jsa.50. di. Corpꝰ meũ dedi pcutien
tibꝰ me: ⁊ allapas mihi dãtibꝰ. ¶ Quarto
inqt Salomon volo scire si fuisti d̄lusus. cui

xp̄s rñspondit q̄ sic. qr Isa. 53. dictū erat ⁊ nō est ei species neqȝ decor ⁊ vidim⁹ euȝ ⁊ nō erat aspect⁹: ⁊ desiderauim⁹ eum despe ctum ⁊ nouissimū viroꝝ ⁊ scientē īfirmita tem ⁊ quasi abscōditus vultus ei⁹: vñ nec reputauim⁹ eū. ¶ Quīto inquit salomon vellē scire quō positus fuisti in cruce. Cui xp̄s sic quō dauid ꝓphetauerat ps. 21. di. Foderūt man⁹ m. ⁊ p. m. di. omnia o. mea. ¶ Sexto inqt salomō vellē scire qd factū fuit de tuis vestibus. Cui xp̄s sic quō da uid ꝓphetauit vbi supra di. Diuiserūt sibi vestimēta mea ⁊ sup ve. m. m. sortē. ¶ Se ptimo inqt salomon volo scire quid in siti tua bibisti in cruce. Cui xp̄s bibi illud qđ ꝓphetatū fuit p David vbi supra In siti mea potauerūt me aceto. ¶ Octauo vel lem scire si fractū fuit tibi aliqđ os. Cui xp̄s respon. q̄ nō qr ego sum agn⁹ dei Jo. p̄io qui fui figurat⁹. exo. 12. de quo dr̄ Os eius nō confringetis. ⁊ iō milites pillati dū penderē in cruce fregerūt tibias latro num sed mihi iam mortuo nō fregerunt. ¶ Nono vellē scire si in tua morte qs plo rauerit. cui xp̄s respon. q̄ sic fuit impleta ꝓphia zach. 13. Plangent eū plantu quasi vnigenitū: ⁊ dolebūt super eū sicut doleri solet ī morte primogeniti ⁊ iteꝝ ibidē. In die illa magnus erit plāctus in ierusaleȝ. ¶ Decimo inqt salomon vellē scire cū qui bus in morte fuisti sotiatus cui xp̄s fui so tiatus cū illis de qbus ꝓphetatū fuit Isa. 53. Et cuȝ iniqs deputat⁹ est. ¶ Nona que stio quā ꝓposuit salomon xp̄o fuit de sua se pultura di. Fuisti ne sepult⁹ gloriose an vi tuperose Cui xp̄s fui sepult⁹ honorifice. ⁊ sepulcrū meū in eternū erit gloriosum qr sic ꝓphetatuȝ fuit Isa. 12. In die illa radix iesse erit que stat in signū ppl'oꝝ. s. xp̄s ipȝ gentes deprecabūt ⁊ erit sepulcrū ei⁹ glo riosuȝ qr. s. diuinitas stetit cū corpore sepul to pōt ēt dici gloriosum qr in scō sepulcro acquirtur remissio peccatoꝝ a culpa ⁊ pena ¶ Decia questio fuit de mūdi dispositiōe di. qualiter mūdus erat dispositus qñ mor tu⁹ fuisti? Cui xp̄s dixit. Totus mūd⁹ erat infidelis ⁊ ppl's me⁹ me abnegauit ⁊ mor ti turpissime me tradidit. ⁊ qđ peius ē di xerunt. Sanguis ei⁹ sup nos: ⁊ super filios nr̄os. Cui salomon dixit. Quis ista ꝓphe tauit? cui xp̄s. Interroga dan. qui. 9. c. dicit ppl's q eum negaturus ē ⁊ ciuitatē ⁊ san ctuariū dissipabit ī medio hebdomodis de ficiet hostia ⁊ sacrificiū ⁊ erit in templo ab hominatio desolatiōis ⁊ vsqȝ ad consuma tionē ⁊ finē perseuerabit desolatio. ¶ Un decima questio fuit de statu iudeoꝝ post mortē suam. di. qualr̄ debebat reperiri po pulus iudaicus post passionē suā. Cui xp̄s respon. adeo reprobat⁹ dȝ repiri: qr aufere tur ab eo sceptrū ⁊ cessabit vnctio sua. hoc enī predictū erat gen. 49. Ad predā ascēdi sti fili mi regescēs acubuisti vt leo ⁊ quasi leena ⁊ qs suscitabit eū: nō aufferet sceptrū de iuda ⁊ dux đ femore eius donec veniat q mittendus est ⁊ ipse erit expectatio gen tium. ¶ Duodecia questio quā ꝓposuit sa lomon xp̄o fuit. Si debebat post mortē ad inferna descēdere. Cui xp̄s nōne vides qr descendi, ⁊ presentialr̄ hi sum. Cui salomon qs hoc ꝓphetauit. ⁊ xp̄s pete Isa. q inter ceteros dicit. ppl's gentiū qui ambulabat in tenebris vidit lucē magnā: habitantib⁹ in regione vmbre mortis. s. inferni lux orta est eis. s. per p̄ñtiaȝ meā. 9. c. ¶ Tertiade cima questio quā proponit Salomon xp̄o fuit de mortis occisione an. s. in inferno ip se debebat occidere mortē. Cui xp̄s respō dit di. Pete oseam ꝓphetā qui de hoc ꝓ phetauit di. O mors ero mors tua m. t. e. infer. 13. c. Et ideo dixit qr pp preciuṁ san guinis mei ego eripiā oēs vos de lymbo ⁊ purgatorio sic ꝓphetatū fuit zacha. 9. c. di. Tu vero in sanguine testamēti tui emi sisti vinctos tuos de lacu in quo non erat aqua. s. grē. Iō dixi in euāgelio Jo. 7. Si qs sitit veniat ad me ⁊ bibat. ¶ Quarta decima questio quā ꝓponit Salomon xp̄o

fuit de diſperſione idoloꝝ an.ſ.poſt mortẽ ⁊ reſurrectionem ſuam deberent diſpergi. Cui xp̄s rñdit ꝙ ſic quia mittã apoſtolos per vniuerſum orbem ſicut fuit dictũ p̄ za cha.13.di.⁊ erit in die illo dicit dñs diſpergam nomina idoloꝝ.⁊ eſt verũ quia nulla generatio ĩ mundo adorat idola. ¶ Vltia queſtio quã Salõn propoſuit chriſto fuit de ſua reſurrectione an.ſ.deberet reſurgere ⁊ nos poſt euʒ. Cui chriſtus dixit ꝙ ſic:vt dictum ⁊ p̄phatum erat per Miche.2o. Congregatione congregabo Jacob totũ te in vnum conducam reliquias iſrael pariter ponam illuʒ quaſi gregẽ in ouili quaſi pecus in medio caularũ tumultuabitur a multitudine hominũ aſcendet enim pandens iter ante eos diuidẽt ⁊ trãſibunt portam ⁊ egredientur per eam .⁊ trãſibit rex eorum coram eis ⁊ dñs in capite eoꝝ.hec ibi. Quibus oĩbus dubijs declaratis chriſtus clamauit. Aperite portas p̄in.vr̄as ⁊ quia p̄p̄hie de me meſia implete ſũt angeli ſimiliter clamabant. Aperite portas ꝙ ipſe eſt ſaluator qui venturus ẽ. Et anime purgatorij ſimiliter clamabant aperite:ꝙ venit liberator noſter:ſed demões tabeſacti currebant ⁊ forti⁹ claudebant ⁊ magnũ rumorẽ facientes fortius ⁊ acrius animas inferni cruciabant ſcientes aduenisse meſiam.per alium ẽt dyabolum qui eis reuellauerat. Et ſic pʒ pars ſc̄a p̄ncipalis huius ſermonis.

¶ Pars tertia huius ſermonis in qua declaratur ꝙ ſancti patres in limbo honorifice ⁊ exultanter animã xp̄i receperunt.

